


THE HONOURABLE SOCIETY OF LINCOLN'S INN



364 à


LINCOLN'S INN
WITHDRAWN
LIBRARY


LINCOLN'S INN
WITHDRAWN
LIBRARY



M V S E I
F L O R E N T I N I

IN QVO ILLVSTRANTVR

ANTIQVA NVMISMATA

MAXIMI MODVLI

V O L V M E N III.



ANTIQVA
NVMISMATA
AVREA ET ARGENTEA
PRAESTANTIORA

ET AEREA

MAXIMI MODVLI

QVAE

IN REGIO THESAVRO

MAGNI DVCIS ETRVRIAE

ADSERVANTVR

CVM OBSERVATIONIBVS

ANTONII FRANCISCI GORII

PVBLICI HISTORIARVM PROFESSORIS.



FLORENTIAE ANNO CIƆ. IƆ. CC. XXXXII.

Ex Typographia Francisci Moücke.

PRAESIDVM PERMISSV.





L E C T O R I

A E Q V O H V M A N O Q V E

ANTONIVS FRANCISCVS GORIVS.



Vod Plinius Secundus, avunculum ſuum, eiuſque libros laudans, ſcribit Cornelio Tacito, amico optimo ac doctiſſimo (1): *Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda: beatiſſimos vero, quibus utrumque:* id ipſum ſcribo, & praedico de ſummis illis Viris, qui Antiquitatis eruditae theſauros nobis patefecerunt, & monumenta cum Graeca, tum Romana victoris gentium populi, atque haec inter ANTIQVA potiſſimum NVMISMATA, quibus in omni Vetuſtatis Hiſtoria nil eſt illuſtrius, nil iucundius, utilius ac firmius nihil, commentariis omni eruditionis fruge refertis, & maxima ſupra omnem

(1) Lib. VI. Epiſt. XVI.

omnem laudem diligentia illuſtrarunt . Pulcherrima ſane mihi , vix cogitanti , nedum merenti , oblata eſt ab Ornatiſſimis Equitibus SOCIIS Florentinis exercendi ingenium meum , licet ſatis mediocre , tantoque operi impar , occaſio , quum inſigniora , quae in ditiſſimo , totoque terrarum orbe celeberrimo , Cimeliarchio MAGNI DVCIS ETRVRIAE exſtant priſci aevi Monumenta , ut meis Obſervationibus , ea qua poſſem cura , & ſtudio explicarem , adſignata ſunt : in hac praeſertim Vrbe , in qua omni tempore floruere , florentque etiam nunc quammaxime ingenio ac doctrina excultiſſimi viri , qui hanc ſpartam melioribus & luculentioribus illuſtrandam elucubrationibus ſuſcipere poterant . Fateor me in tanta ſpe laudis & gloriae adipiſcendae felicem fortunatumque fuiſſe . Verum fato quodam contigit , ut tantum temporis in hoc curriculo emetiendo , quantum ipſe flagrantibus votis optabam , non ſit mihi , ut operae pretium erat , conſtitutum . Equidem , edito primum Prodromo anno MDCCXXXI. ut innotuit parari Florentiae tam praeclarum Opus & inſigne , decem Voluminibus comprehenſum , inſcriptumque MVSEVM FLORENTINVM , ſpe numquam antea conceptum , nedum tentatum , in quo rariora ac ſplendidiora omnia cum eruditione , tum exquiſito opificio proferrentur eruditae Antiquitatis Monumenta , quae non modo in Regio Muſeo MAGNI DVCIS ETRVRIAE , verum etiam in Cimeliothecis , & in Aedibus Virorum Nobilium Florentinorum adſervantur ; tanta ſtatim Cultores omnes priſcarum elegantiarum inceſſit cupido , tamque vehemens harum admirandae Antiquitatis deliciarum ardor mirum in modum eos inflammavit ; ut quamcelerrime Volumina haec in lucem proferri non poſtularint tantum , verum quodammodo & impulerint , & coëgerint : quod ſane , editis prioribus tribus Voluminibus , nondum elapſo

qua-

quadriennio, eorum votis ſatis, ut arbitror, factum nemo ignorat: quumque Numiſmata ex aere maxima, perturbato eorumdem Voluminum, quae mox ſequi debebant, ordine, pararentur, quae ob fata quaedam a me in ſuperiore Praefatione declarata, diutius differri viderunt, omnium aures querimoniis implerunt. Probe tamen ipſi intelligebant cognoſcebantque quantae difficultates ſuperandae eſſent, ut Numiſmata quamaccuratiſſime illuſtrata publice exhiberentur: quot vepres ſenteſque eorumdem Explanatorem circumſtarent: quamque eſſet perdifficile, arduum, & periculoſae aleae plenum opus omnium exquiſitiſſimo palato ſatisfacere, hac praeſertim aetate, qua viri Critices laude praeſtantiſſimi tantopere eminent, eaque doctrina, & ingenii acumine, vel potius ſagacitate pollent, ut minus hoſtes arma tractantes, quam ſeveriſſimi huius temporis Critici ſint metuendi. Illud etiam exemplis patere videbam, nil magis ſeverioris Critices cenſoriae virgae ſubiectum eſſe, quam Antiquarios, & Numiſmatographos. Verum, ut moras rumperem, & alacriter huic operi ſuccumberem, iamtum mihi propoſui Cenſores eximia praecellentes doctrina, ſi qui futuri eſſent, non recuſare; dummodo utilia, non frivola doceant, docendoque homines, non belluas, ſe eſſe teſtentur: eos vero, qui ſe magnifice circumſpiciunt, & tamquam litterati Narciſſi ſe totos mirantur, & aliorum labores deterere cupidiſſime ſtudent, nimiaque damnandi ſemper omnia exaeſtuant libidine; neque pudet in ſcripta honeſtorum hominum, & famam, inſanientium more, debacchari, ut ſibi, alieno imminuto foenore, laudem, in ortu ſuo ſtatim intermorituram, parent: eos, inquam, qui ſe hiſce ſuis paſcunt quiſquiliis, floccifacere, obfirmatoque pectore contemnere in animum induxi meum; quum ad litterarum decus non augendum, ſed ad colluviem, ac peſtem excitandam factos eſſe

opti-

optime intelligerem . Igitur ut hos ſcopulos , ac pericula effugerem , genioque meo , aliquid me ipſo maius , eruditorum quoque oculis & patriae meae gloria dignius moliendo , facerem ſatis , aegre ſemper tuli , & nunc temperare mihi vix poſſum , quin maxime doleam , tantum mihi temporis datum non eſſe , ut adſidua meditatione , multiplici lectione , luculentius limatiuſque haec inſigniſſima Numiſmata elucidarem , & maiora atque exquiſitiora e paupere penu meo penſiculatius depromerem . Si enim , Horatio docente (1) , nullum Carmen ſcribendum eſt :

> *——————————— quod non*
> *Multa dies , & multa litura coërcuit , atque*
> *Perfectum decies non caſtigavit ad unguem :*

multo magis penitiora haec omnis eruditionis ſacraria , lectiſſima nempe ex aere maximo Numiſmata , immenſum laborem , diuturnum ſtudium , beatum otium , animi tranquillitatem , vitae omnia commoda , librorum eximiam ſupellectilem , complurium annorum in Scriptoribus antiquis verſandis enucleandiſque animadverſiones , in recentiorum libris evolvendis conferendiſque conſtantiam , cum eruditis in hac palaeſtra exercitatiſſimis quotidiana colloquia ; omnem denique cum pertinaci patientia coniunctam ſemper diligentiam , iure ac merito ſibi expoſcunt , ac vindicant . Numiſmatum fidei & auctoritati univerſa cum Graeca tum Romana nititur Hiſtoria : his fulcitur omnis Vetuſtatis inexhauſta , nulliſque terminis arctata cognitio : Chronologia , & Geographia firmantur , atque in ampliſſimo lumine conlocantur , eorumque praeſidiis veteres Scriptores mirifice

(1) De Arte Poëtica .

fice emendantur atque illuſtrantur . Eruditorum omnium conſenſu exploratum eſt , neminem vere doctum , numeriſque omnibus abſolutum ſapientem eſſe poſſe , ſine Antiquitatis cognitione & ſcientia ; quod ii praeſertim intelligunt , & teſtantur , qui theſaurum illum omnigenae eruditionis , nempe immortalis viri Ezechielis Spanhemii Opus *de Vſu & Praeſtantia Numiſmatum antiquorum* , non primoribus labris , ſed intimis ingenii animique ſenſibus deguſtarunt . Quatuordecim ferme annorum ſpatio Praeſtantiſſimus Philippus Bonarrotius , Patriciae ac Senatoriae togae , omniſque politioris litteraturae immortale decus & ornamentum , adſidue haec ſtudia meditatus eſt , paratis , ſuaque manu conſcriptis ſexaginta Voluminibus , in quibus quidquid in priſcis Auctoribus reconditum eſt , ac notatu dignum , quaeque rem antiquariam cum ſacram tum profanam propius adtingerent , adſiduo labore ac ferventi ſtudio congeſſit , antequam Numiſmata maximae magnitudinis Muſei Carpinei cumulatiſſime explicaret : quo in Opere exornando , quum ſibi (ut mihi benevole , ac perhumaniter identidem adfirmabat) numquam faceret ſatis , quotidie aliquid demebat addebatque , expungebat perpolibatque , & ubique in omnibus cautiſſimus & oculatiſſimus , ad ſeveriorem limam & trutinam , amicorum etiam praeguſtato iudicio antequam in lucem traderet , omnia quamdiligentiſſime revocabat . Igitur quid ego (pudet me fateri ; ſed ex iis eſſe volo , qui magis conſcientiam , quam famam verentur) viginti menſium ſpatio facere potuerim , omnes intelligunt , omnes vident , quos humanos potius , quam aequos iudices in expendendis hiſce nonnullis Obſervationibus meis deſidero : praeſertim quum haec ſtudia auſpicantem , omniaque in hoc Opere exornando praeſidia ſperantem , orbatum me omni luce ſua reliquerint ſummi viri , qui me magnopere diligebant , omnique ope , conſilio & favore

 in-

ingenium meum ad laudem, atque ad bene merendum de patriae gloria excitabant, inftituebantque, Bonarrotius ipfe, Salvinius, Averanius, Andreinius, Blanchius: de quorum interitu elegantiores Mufae adhuc moerore tabefcunt. Horum enim una eademque vox fuit quae Plinii Secundi (1): *Quidquid eft temporis futilis & caduci, fi non datur factis (nam horum materia in aliena manu) nos certe ftudiis proferamus: & quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiffe teftemur.*

Sed de his fatis: haec enim praefari de more non abs re cenfui, ne doctis viris tam mentis inops, ac caecus videar, quod optime non intelligam, multo maiora, favente Deo, a me fperari potuiffe, fi vulpem Aefopicam imitari licuiffet uvae cupidiffime inhiantem: *Nondum matura eft, nolo acerbam fumere.* Non deftiti tamen, quas in dies parabam Obfervationes non femel mecum peraccurate expendere, ac penfitare antequam prelo fubiicerem, & identidem cum Praeclariffimo Viro Abbate Antonio Nicolinio e Marchionibus Pontis Sacci, fi tempus, atque eius gravia, nec una negocia finerent, & quum Florentiae moraretur, conferre: eas quoque primis formis impreffas, corrigendas obferre Florentino Polyhiftori Ioanni Lamio, litterario orbi notiffimo, eorumque fubactum iudicium aufcultare: quae omnia eo animo a me dicta credi velim, ut venia potius, quam laude dignus exiftimer.

Pauca nunc de inftituta mearum lucubrationum ratione & confilio dicenda mihi fuperfunt. Dum haec Numifmata maxime omnium praeclara atque infignia, quae nunc primum in lucem prodeunt, exponerem, illud potiffimum inveftigandum effe cenfui quo tempore, quave occafione fuerint in honorem Auguftorum Auguftarumque excufa. Ad pleniorem eorumdem ex-

(1) Lib. III. Epift. VII. ad Caninium.

explicationem alia perquamfrequenter Numifmata praeftantiffima ex aere maximo defcripfi & obfervavi, quae in Mufeis toto orbe celeberrimis exftant, nempe in ampliffimo Chriftianiffimi Galliarum Regis Thefauro, in Cimeliarchiis Vindobonenfi, Albano-Vaticano, Britannico, Carpineo, Fridericiano, Campfiano, in Brandemburgico, in Pifanio, Theupolo, Mauroceno ceterifque: ad quae eo lubentius provocavi, ut lucem his noftris ex eorum typis, fi qua in re fimiles, aut diverfi effent, mutuarem. Dum hifce curis fedulam operam navarem, ut quantocius hoc Volumen in lucem prodiret, coactus fum fubcifivis horis ipfe Indices omnes Rerum memorabilium, Geographicum, & Politicum, quo viri Magiftratu in urbibus functi in iifdem numis memorantur, alphabetico ordine recenfere, ac digerere, nullo ad hunc improbum laborem exhauriendum dato, ut optabam, amanuenfi focio, qui me dum haec fcriberem, & qualefcumque Obfervationes meas pararem, penfum hoc mihi minueret. Vaillantium in his conficiendis Indicibus mihi propofui; quae plane omnia exponere volui, ne me aliqui demandatae provinciae celeriter, ut in votis erat, non feciffe fatis, fed & moras interpofuiffe, audacius balaterent.

In Praefatione alterius Voluminis MEDICEOS HEROAS commemoravi, qui haec Numifmata incredibili cura, maximifque fumtibus undique conquifiverunt. Inter hos eminet Celfiffimus Princeps Cardinalis LEOPOLDVS, quem virum ingenuis litteris, bonifque artibus alendis ac fovendis unice natum, non Italia modo, fed & univerfa Europa meritis laudibus praedicat. Quod praetermiferam, adtexam elogium fcriptum in bafi marmoreae eius ftatuae, quam digniffimo in loco in Medicea eius Pinacotheca, a Cofmo III. Magno Duce Etruriae dedicatam cernimus; cuius elogii auctor fuit Vir omni aevo Clariffimus Hen-

Henricus Nevttonus , Potentiſſimae Annae Britannorum Reginae ad eumdem Coſmum Legatus & Orator ; ut quantum debeat litterarius orbis huic Principi , Numiſmatum praeſertim maximorum Indagatori , & Conquiſitori ſapientiſſimo ac liberaliſſimo , facilius omnes intelligant . Ita igitur ſe habet :

LEOPOLDO AB ETRVRIA CARDINALI
NVMISMATVM · TABVLARVM · SIGNORVM · GEMMARVM ·
OMNIVM DENIQVE DELICIARVM
ERVDITAE ANTIQVITATIS
VINDICI · ARBITROQVE ·
INTER HAEC IPSIVS MONVMENTA ·
VERE REGIA ·
VIVOS AC SPIRANTES QVASI VVLTVS ·
PICTORVM TOTO ORBE CELEBRIORVM ·
PROPRIA MANV AETERNITATI CONSECRATOS ·
PATRVO · DE SE · DE CIVIBVS ·
DEQVE POSTERIS · OPTIME MERITO
COSMVS III. M. ETRVRIAE DVX · MEMOR · GRATVSQVE ·
SVVM QVOQVE · VTI PAR ERAT · LOCVM DEDIT ·

Additum etiam ad ornatum tribunalis emblema eiuſdem Eruditiſſimi Principis LEOPOLDI Cardinalis , quod tetragonon exhibet , cum hoc lemmate : SEMPER RECTVS . SEMPER IDEM : diſtichon , quod ſequitur , aureis itidem litteris ſcriptum :

HIC LEOPOLDVS ADHVC STATVA NON DIGNIOR ALTER
NEC STETIT VLLA PRIVS NOBILIORE LOCO.

Me-

Merito etiam hoc Opus, inſcriptum Clementiſſimo Potentiſſimoque Principi Francisco iiI. Lotharingico, Regi Hieruſalem, Magno Etruriae Duci, auguſtis eius fulget auſpiciis, quod munificentia ſua, regiaeque liberalitatis favore, avitae laudis imitator egregius, haec nobiliſſima ſtudia Sociorum Equitum Florentinorum, & mea etiam, ſit proſecutus.



DESCRIPTIO NVMISMATVM EX ARGENTO PRAESTANTIORVM ET EX AERE MAXIMI MODVLI

QVAE IN CLASSE II.

OBSERVATIONIBVS ILLVSTRANTVR.



L. SEPTIMIVS SEVERVS.

CLVIII.

A. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG IMP :::: *Severus Imperator capite laureato, nudo dextrorſum pectore, laevorſum armato lorica hamis conſerta.*

P. DIVI M PII F P M TR P IIII COS II P P. *Iupiter ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam gerit: pone eius pedes a dextris aquila.* T. LI. n. III. pag. 3. 4. 5. 6. 7.

CLVIIII.

A. L. SEPTIMIVS SEVERVS .... *Imperator laureatus: cuius pectus dextrorſum nudum; laevorſum ſquamata aegide armatum.*

P. DIVI M PII F P M TR P IIII COS II P P. *Roma galeata ſtans; dextra parazonium, ſiniſtra haſtam, pro pedibus clypeus.* T. LII. n. I. pag. 8. 9. 10. 11.

CLX.

A. ΑΥΤ ΚΑΙ Λ CΕΠΤ CΕΥΗΡΟC ΠΕΡ CΕΒ. *In area dextrorſum* Π; *ſiniſtrorſum deletum alterum* Π *cernitur. Imperator laureato capite, & pectore lorica armato.*

P. *In extimo circulo:* ΑΔΡ. CΕΤ. ΤΑΡ. Μ. Η. Γ. Β. *Poſt* ΤΑΡ. *in medio:* ΕΝ ΚΟΔΡΙΕΙ: *ſub his* ΓΑΙC. *Intra coronam:* CΕΥΗΡΕΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. *infra eamdem coronam* ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ. *Laurea corona ſex radiis ornata.* T. LIV. n. I. pag. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

A. ΑΥ

CLXI.

A. ΑΥ Κ Λ CΕΠΤΙ CΕΥΗΡΟC ΠΕ. *Imperator laurea & paludamento insignis.*

P. *Epigraphe fugit. Hercules leonem suffocans.* T. LII. n. II. pag. 21. 22.

CLXII.

A. ΑΥ........ CΕΥΗΡΟC Π........ *Imperator laurea ornatus, pectore thorace munito, in cuius medio Gorgonis caput.*

P. ....ΑΔΕΛΦΕΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *In area dextrorsum* ΑΚΤΙ: *sinistrorsum* ΠΥΘ. *Mulier stans turrito capite, templum utraque manu substinet.* T. LIII. n. I. pag. 22. 23. 24.

CLXIII.

A. ΑΥ Κ Λ CΕΠ CΕΥΗΡΟC Π. *Imperator laurea corona, & thorace cum Gorgonis capite in medio, insignis.*

P. ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩ::::. *Duo templa, bisque super duae urnae, & in unaquaque inserta palma.* T. LIII. n. II. pag. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.

CLXIIII.

A. ΑΥ Κ Λ CΕΠΤΙ CΕΥΗΡΟC ΠΕ. *Imperator laurea & paludamento ornatus.*

P. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Hercules stans, dextra innixus clavae, laeva praeferens poma, pendente ex humero pariter laevo leonis Nemaeei spolio: ex adverso arbor, cui advolutus serpens: ponę Nympha hortorum Hesperidum custos.* T. LIII. n. III. pag. 31. 32. 33. 34.

CLXV.

A. ΑΥΤ. ΚΑΙ CΕΟΥΗΡΟC CΕ. *Imperatoris caput laureatum.*

P. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ ΥΠΑΤΟC. ΤΟ Γ. *Aquila expansis alis lauream coronam rostro praeferens, cum astro inter crura.* T. LIV. n. II. pag. 34. 35.

A. In

CLXVI.

A. In exergo : ΑΤ Κ Λ CE CEOTHPOC. *Hinc in ambitu circa Getam :* Λ CE ΓΕΤΑC Κ. *Inde in gyro circa Caracallam :* ΑΤ Κ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝΕΙΝ. *Severus Imperator laureatus in medio , dextra globum gerens ; finiſtrorſum Antoninus Baſſianus item laureatus ; dextrorſum Geta , pateram dextra praeferens : omnes togati in ſellis curulibus ſedentes .*

P. Corona querna , cuius mediam aream haec obtinet epigraphe : ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ. ΑCIAC CΜΤΡΝΑΙΩΝ. *In ambitu extra coronam :* ΕΠΙ. CΤΡΑ. ΚΛ.......... T. LIV. n. III. pag. 35. 36. 37.

CLXVII.

A. ΑΤΤ ΚΑΙ Λ CΕΠ. .ΕΒΗΡΟC ΠΕΡΤΙΝΑC CΕΒ. ΠΑΡΘ. *Infra :* ΙΟΤΛΙΑ CΕΒΑCΤΗ. *Imperatoris Septimii Severi , eiuſque coniugis Iuliae Domnae , capita adverſa .*

P. ΕΠΙ CΤΡΑΤΗΓΟΤ ΑΡΙCΤΗΔ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Hercules cervam proſtratam diſcerpens .* T. LV. n. I. pag. 37. 38. 39.

IVLIA DOMNA AVGVSTA.

CLXVIII.

A. IVLIA AVGVSTA. *Iuliae Domnae Auguſtae caput .*

P. Epigraphe infra ſcripta : AETERNIT IMPERI. *Severi & Caracallae Imperatorum capita adverſa laureata .* T. LV. n. II. pag. 39. 40.

ANTONINVS CARACALLA.

CLXVIIII.

A. ΑΤΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΤΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. *Imperatoris Antonini Caracallae caput ornatum corona radiata .*

P. ΑΔΑΝΕΩΝ ΙΟΤΛΙΑΝ ΔΟΜΝΑΝ CΕΒ. *Caput Iuliae Domnae .* T. LVI. n. I. pag. 41. 42. 43.

CLXX.

A. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓ. *Imperatoris Antonini caput radiata corona insigne.*

P. ΕΠ ΤΙΤ ΑΙΛ ΚΑΠΙΤΩΛΙΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Bassianus Antoninus & Geta togati ad aram accensam, mutua concordia dextras iungentes.* T. LVI. n. II. pag. 43. 44. 45. 46.

CLXXI.

A. ΑΥΤ. Κ Μ ΑΥΡΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓ. *Antoninus laureato capite, nudo pectore: laeva hastam gerens.*

P. ΕΠΙ Ϲ ΕΞΟΥ. ΥΠΑΤΟΡ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝ ΕΥΤΥΧΟΥ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Idem Antoninus militari veste amictus absque paludamento, stans inter duo militaria signa ad aram accensam; dextra pateram, sinistra hastam gerens.* T. LX. n. I. pag. 46. 47. 48.

CLXXII.

A. ΑΥ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. *Caput Imperatoris laurea revinctum,*

P. ΕΠΙ ϹΤΡ ΑΠΕΛΛΟΥ Β ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ ΜΥΤ:: ΛΗΝΑΙΩΝ. *Imperator paludatus stans, laeva parazonium tenet: pone Victoria cum palma, eum coronans.* T. LVI. n. III. pag. 48. 49. 50.

CLXXIII.

A. ΑΥ ΚΑΙ Μ ΑΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕ. *Imperator laureatus, thorace & paludamento insignis. In area impressa monetarum Praesidis nota: caput nempe laureatum eiusdem Imperatoris.*

P. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΥΘΙΑ. *Mensa, supra quam duae urnae cum palmis: infra duae amphorae, inter quas scriptum:* ΠΥΘΙΑ. T. LVII. n. I. pag. 50. 51. 52.

CLXXIIII.

A. ΑΥΤΚΡΑΤ (*sic*) Κ ΜΑΡΚΟϹ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ .... (*supple* ϹΕΒ. *vel, quia spatium, detritis litteris, capax est:* ϹΕΒΑϹΤΟϹ.) *Imperator laurea corona, & thorace cum Gorgonis capite in medio insignis.*

P. ΕΠΙ ϹΤΡ ΙΟΥΛ ΑΝΘΙΜΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Imperator equo vectus, cum dextra manu erecta; cui mulier turrita, Pergami Genius, dextra imagunculam Aesculapii, sinistra hastam praeferens, occurrit.* T. LVII. n. III. pag. 53. 54.

A. ΑΥΤΚΡΑΤ

CLXXV.

A. ΑΥΤΚΡΑΤ. Κ ΜΑΡΚΟϹ . ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. *Imperator laurea revinctus, pectore thorace armato, ornatoque Gorgonis capite.*

P. ΕΠΙ ϹΤΡ Μ ΚΑΙΡΕΑ ΑΤΤΑΛΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Tria templa, quorum medium tetrastylum, cuius in tympano scriptum* Κ ΑΝ. *continet Iovem sedentem, qui laeva hastam, dextra Victoriolam tenet.* T. LVII. n. II. pag. 55. 56. 57.

CLXXVI.

A. ΑΥΤΟΚΡΑ Κ ΜΑΡΚΟϹ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟϹ. *Imperator cum laurea, & thorace, in quo Medusae caput.*

P. ΕΠΙ ϹΤΡ ΙΟΥΛ ΑΝΘΙΜΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗ:: :: ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Imperator equo vectus, laxatis frenis, leonem in anteriores pedes procumbentem venabulo transfodiens.* T. LVIII. n. I. pag. 57. 58. 59.

Alterum Numisma e Cimeliarchio Abbatis Antonii Nicolinii e Marchionibus Pontis Sacci, adfertur. *pag. 59. 60.*

CLXXVII.

A. ΑΥΤ. Κ. Μ ΑΥΡ. ϹΕΥΗΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓ. *Imperatoris caput laureatum nudo collo.*

P. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟ... *Phoebus & Diana, sive Sol & Luna in biiugo curru, equis ocissime currentibus.* T. LVIII. n. II. pag. 61. 62. 63. 64.

CLXXVIII.

A. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ϹΕΥΗΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΑΥΓ. *Imperator laureatus, & paludatus,*

P. ΠΕΡΙΝ:: :: :: :: ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Idem Antoninus Imperator, radiata corona cinctus, stans in quadriiugo curru; dextra manu extensa globum; laeva scipionem gerit, cuius vertici imposita aquila.* T. LVIII. n. III. pag. 65. 66. 67.

CLXXVIIII.

A. ΑΥΤ Κ..... ϹΕΟΥΗΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΑΥΓ. (*supple* Μ. ΑΥΡ.) *Imperator hastam in dextro humero ferens: laurea corona & thorace, cum Medusae capite in medio insignis.*

P. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Mulier tutulata & stolata, seu urbis Perinthii Genius, in medio stans: dextra pateram, sinistra copiae cornu tenens: hinc Iupiter, laeva hastae seu sceptro innixus, dextra pateram tenens: inde Iuno.* T. LIX. n. I. pag. 68. 69.

CLXXX.

A. ΑΥ. ΚΑΙ Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Antoninus iuvenili forma, laurea corona, & thorace decorus.*

P. *Epigraphe in ambitu oblitterata: In exergo:* ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Mulier tutulata ſtans, atque coram ea Caracalla paludatus laureatuſque ad aram ſuccenſam intermediam ſacrificans.* T. LIX. n. III. pag. 69. 70. 71.

CLXXXI.

A. ΑΥΤ ΚΑΙ Μ. ΑΥΡ ϹΕ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟ:: :: :: :: *Imperator laureatus, & paludatus.*

P. :: :: :: :: :: :: ΦΟΥ ΑΡΧ Α :: :: ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Duo templa e regione locata, cum pyramide intermedia, quibus coronae ſuperpoſitae.* T. LX. n. I. pag. 71. 72. 73. 74.

CLXXXII.

A. ΑΥΤ Μ ΑΥΡ ϹΕΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. ΚΟΙΝΟΝ. ΘΡΑΚΩΝ. ΑΛΕΞΑΝ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟ. *Minerva depoſito clypeo ſtans ad aram accenſam, prope quam arbor; dextra haſtae innititur, ſiniſtra Victoriolam globo inſiſtentem praefert.* T. LX. n. II. pag. 74. 75. 76.

CLXXXIII.

A. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ϹΕΥΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. *Imperator radiata corona cinctus, & paludamento ornatus.*

P. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟ:: :: ::Ι. *Menſa, ſupra quam urna, in qua duae palmae: infra vaſculum cum palma, & poma.* T. LX. n. III. pag. 76. 77.

CLXXXIIII.

A. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ϹΕΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. *Imperator laureatus, & paludatus.*

P. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝ. ΑΚΤ...... Α ΕΝ ΦΙΛΙΠ. *Hercules ſtans, dextra clavae innixus.* T. LXI. n. I. pag. 77. 78. 79.

CLXXXV.

* *A.* ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator radiata corona, & lorica ſquamis contecta inſignis.*

P. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΥ-ΥΠΑΤΟϹ ΤΟ Δ. *Aquila coronam praeferens roſtro, clavae inſiſtens: cum nota quadam inter eius crura.* T. CXII. n. I. pag. 79. 80.

P. SEPTIMIVS GETA CAESAR.

CLXXXVI.

A. P SEPTIMIVS GETA CAESAR. *Getae caput nudum pectore tenus : dextra hastam humero impositam gerit.*

P. CONCORDIA MILITV. *Geta paludatus , sinistra scipionem gerens , stat inter quinque signa militaria , quorum alteri imposita Victoriola cum palma , coronam offerens ; alteri vero aquila.* T. LV. n. III. pag. 80 81. 82.

M A C R I N V S.

CLXXXVII.

A. ΑΥΤ Κ Μ ΟΠΕΛ CΕΟΥ ΜΑΚΡΕΙΝΟC CΕΒ. *Imperator Macrinus laureatus , & paludatus.*

P. .... CM...... ΕΦΕCΙΩΝ. *Flumen decumbens cum copiae cornu in sinistra , innixo cubito urnae aquam fundenti : dextra Dianae Ephesiae icunculam gerens : pone cernitur prora navis , calathus , turris : superne aper telo confossus fugiens.* T. LXI. n. II. pag. 83. 84.

CLXXXVIII.

V. ΑΥ. Κ. Μ ΟΠ CΕΟΥ ΜΑΚΡΕΙΝ............ ΔΙΑΔΟΥ...... *Macrini Imperatoris & Diadumeniani Caesaris capita adversa : alterum laurea cinctum : alterum nudum.*

P. ΜΗΤΡΟΠ........ ΑΙCΑΡΙΑC ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΕΤ Β. *Mons Argaeus in cuius vertice templum tetrastylum cum Nemesum simulacris cernitur : hinc inde Sol & Luna : infra antrum : in imo alterum templum tetrastylum cum Deorum simulacris ; a dextris & a sinistris urnae certaminum praemia.* T. LXI. n. III. pag. 85. 86.

D I A D V M E N I A N V S.

CLXXXVIIII.

A. ΑΥ ΚΑΙ ΟΠΕΛ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟC. *Diadumenianus nudo capite , paludamento insignis.*

P. .... ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Duo templa octastyla , ornata coronis in tympano.* T. LXII. n. I. pag. 86. 87. 88.

ELA-

ELAGABALVS.

CLXXXX.

A. IMP CAES M AVR ANTONINVS PIVS AVG. *Elagabalus laureatus & paludatus.*

P. AEQVITAS PVBLICA. *Tres Monetae ſtantes; quae dextra aequatas lances, ſiniſtra copiae cornu tenent.* T. LXII. n. iI. pag. 88. 89.

CLXXXXI.

A. ΑΥΤΟΚΡΑ Κ Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. ϹΕΒ. *Imperator laurea, & thorace cum Gorgonis capite in medio inſignis.*

P. ΕΠΙ ϹΤΡΑΤΗΓΟΥ ΦΟΚΕΝΑΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΓΕΡΜΕΝΩΝ. *Hercules utraque manu cornua proſtratae cervae diſcerpens: ad eius latera clava.* T. LXII. n. iiI. pag. 89.

CLXXXXII.

A. ΑΥΤ Κ Μ. ΑΥΡΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. *Imperator laureatus, & paludatus.*

P. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ. *Duo templa oblique iuxta ſe poſita.* T. LXIII. n. I. pag. 90.

SEVERVS ALEXANDER.

CLXXXXIII.

A. IMP SEV ALEXANDER AVG. *Caput Severi Alexandri laureatum.*

P. AEQVITAS AVGVSTI. *Tres Monetae ſtantes: dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiae geſtant.* T. LXIII. n. iI. n. 91.

CLXXXXIIII.

A. IMP ALEXANDER PIVS AVG. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. VIRTVS AVGVSTI. *Duo milites gradientes; quorum alteri tropaeum, in humeris ſiniſtra geſtanti, dextra haſtam, Victoria coronam imponit.* T. LXIII. n. iiI. pag. 92.

CLXXXXV.

A. IMP CAES M AVREL SEV ALEXANDER AVG. *Imperator laurea corona, & paludamento insignis.*

P. IOVI VLTORI P M TR P III COS P P. *Templum pulcherrimum, porticibus ornatum: in cuius medio Iupiter sedens; dextra fulmen, sinistra hastam gerit.* T. LXIV. n. I. pag. *93. 94.*

CLXXXXVI.

A. IMP SEV ALEXANDER AVG. *Imperatoris caput laureatum.*

P. P M TR P VII COS II P P. *In exergo:* S. C. *Imperator quadriiugo curru vectus, laeva eburneum tenens scipionem, a Victoria pone eum stante coronatur: duobus hinc inde praetorianis equos ducentibus.* T. LXIV. n. II. pag. *94.*

CLXXXXVII.

A. ΑΤΤ ΚΑΙ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΝ ΑΡΚ. Μ ЄΞΟΤ ΒΑϹΙΛΗ. *Protoma Imperatoris laureati & paludati, qui dextra pateram, sinistra baculum tenet, cui advolutus serpens.*

P. *Serpens compositus in coronam, sex humanis capitibus ornatam, & inter unumquoque caput insculptae hae litterae.* Μ. Є. Π. Θ. Ι. Α. C. *Intra eamdem coronam.* ΑΙΓЄωΝ ΝЄΟΚωΡΟΤ ΝΟЄΤ. T. LXIV. n. III. pag. *95. 96.*

CLXXXXVIII.

A. ΑΤ Κ Μ ΑΤΡ ΣΕΤ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. ....ΙΣ ΝΕωΚΟΡωΝ. *Imperator equo ocissime currenti insidens, dextra vibrans iaculum.* T. XLV. n. I. pag. *96. 97.*

CLXXXXVIIII.

A. ΑΤ Κ Μ ΑΤΡ CЄΤΗ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΤ. *Imperator laurea corona, & paludamento insignis.*

P. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕ........ *Aesculapius sacra faciens, stans ante aram sacro igne ardentem; sinistra hastam, sive sceptrum, dextra pateram tenet.* T. LXVI. n. II. pag. *97.*

Im-

CC.

A. ΑΥ Κ Μ ΑΥΡ ΣΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. *Imperator paludatus, capite laurea corona redimito.*

P. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΙΩΝΩΝ. *Iupiter dextra pateram, finiſtra haſtam, ſive ſceptrum tenens, adſtante ad pedes aquila, ſedet in medio duodecim ſignorum Zodiaci: in vertice hinc & inde bigae; quarum altera Solis, altera Lunae: in imo duo Geni, alterum Terrae, alterum Aquae, decumbentes geſtant copiae cornu.* T. LXVI. n. III. pag. 98.

CCI.

A. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ΣΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΥΓ. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΙΩΝΩΝ ΔΙΣ ΝΕ:: :: ::ΡΩΝ. *Hercules & Bacchus ſtantes, dextras iungunt.* T. LXVII. n. I. pag. 99. 100.

CCII.

A. ΑΥΤ СΕΟΥΗΡΟС ΑΛΕΞΑΝΔΡΟС. *Imperator laurea cinctus, armis, & haſta, quam dextra defert, inſignis, caput eius dextrorſum converſum.*

P. ЄΠΙ Σ. ΑΥΤΟΥΜΑΔЄС ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΟС ΛΙΒΥΚΗ. *Diana Venatrix, dextra icunculam praeferens, ſiniſtra arcum: pone eam a dextris cerva, ad eius latus anterioribus pedibus ſubſiliens.* T. LXV. n. II. pag. 101. 102.

CCIII.

A. ΑΥΤ Κ :: :: :: :: :: :: :: :: :: :: ЄΞΑΝΔΡΟС ΑΥΓ. (*ſupplendum* Μ. ΑΥΡΗ СЄΥΗ) *Imperator radiata corona, & paludamento inſignis.*

P. ΕΠ Μ ΑΥΡ ΦΡΟΝΤΩΝΟС ΚΑΙ ΑΙ ΑΙΛΙ ΦΗСΤΗ:: ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Imperator equo decurrens: telo leonem impetit.* T. LXV. n. III. pag. 102. 103. 104.

CCIIII.

A: ΑΥ ΚΑΙ Μ ΑΥ СЄ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟС. *Imperator laureato capite, dextrorſum converſo, armatus clypeo, haſta, & lorica ſquamis conſerta.*

P. ЄΠΙ СΤΡ ΑΥ ΠΡΟСΔЄΚΤΟΥ ΠΑΡΔΟΛΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *Diana Venatrix currens, e pharetra ſagittam educens dextra, arcum tenens ſiniſtra: pro pedibus canis.* T. LXVI. n. I. pag. 104.

A. Α Κ

CCV.

A. A K M A CEOT. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC CEB. *In area utrimque* Π. Π. *Imperator laurea redimitus.*

P. ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ΑΛΕΞΑΝΔΡ⁝⁝ ⁝⁝ΟΥ ΤΑ⁝⁝ ⁝⁝ ΜΗ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ . *In area utrimque circa navis vela.* A M K. *Navis cum velo expanso: infra in undis duo delphines; interque eorum capita corona cernitur.* T. LXVII. n. II. pag. 105.

CCVI.

A. IMP CAES ALEXAND AVG IVLIA MAMAEA AVG. *Infra* MATER AVG. *Capita Alexandri Severi laureati, & Mamaeae adversa.*

P. FELICITAS TEMPORVM. *Imperator togatus & laureatus sedens, dextra globum, laeva volumen tenet: eius capiti Victoria coronam imponit: adstant duae feminae, quarum altera hastam gerit.* T. LXVII. n. III. pag. 106. 107.

IVLIA MAMAEA.

CCVII.

A. IVLIA MAMAEA AVGVSTA. *Mamaeae caput.*

P. *Tres Monetae stantes: dextra aequas lances, sinistra copiae cornu tenent.* T. LXVIII. n. I. pag. 107. 108.

CCVIII.

A. ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΜΑΙΑ. ΑΥΓΟΥ. *Iulia Mamaea, specie Dianae, cum pharetra & arcu.*

P. CTPA ΑΓΑΘΕΙΝΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΤΟΥ ΙΗ. *Mulier sedens, sinistra hastam, dextra puerulum in sinu gerit.* T. LXVIII. n. II. pag. 108. 109.

BALBINVS.

CCVIIII.

A. ΑΥΤ ΚΕC ΚΑΙΛ ΒΑΛΒΕΙΝΟC CEB. Π Π. *Imperator Balbinus laurea corona, & paludamento insignis.*

P. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡ Α Μ Κ Γ Β. *Tres Charites nudae, brachiis se se mutuo complectens, quarum una pomum sinistra ostentat.* T. LXIX. n. I. pag. 109. 110.

PVPIENVS.

CCX.

A. ATT KAIC M KΛωΔ ΠΟΥ⁝⁝ ⁝⁝ΗΝΟC CEB. Π Π. *Caput Pupieni laureatum.*

P. *Epigraphe in ambitu temporum vitio fugit. In area hinc inde:* A M K K Γ. *Apollo stans: ad eius pedes cervus.* T. LXVIII. n. III. pag. 110. 111. 112.

GORDIANVS PIVS.

CCXI.

A. IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG. *Imperator dextrorsum conversus, laurea, & imperatorio paludamento insignis; dextra globum, cui insistit Victoria cum palma, eum coronans, sustinet.*

P. PONTIFEX MAX TR P⁝⁝ ⁝⁝ COS P P. *Imperator dextra lauri ramum, laeva eburneum scipionem gerens, quadriiugo curru vectus, pompa Consulari procedit.* T. LXIX. n. III. pag. 112. 113.

CCXII.

A. IMP GORDIANVS PIVS FELIX AVG. *Imperator laureatus & paludatus, capite dextrorsum verso.*

P. ADLOCVTIO AVGVSTI. *Imperator paludatus stans in substructione cum Praefecto Praetorii adloquitur cohortes.* T. LXIX. n. II. pag. 114. 115.

CCXIII.

A. IMP GORDIANVS FELIX AVG. *Imperator laurea corona, & paludamento insignis.*

P. MAGNIFICENTIA GORDIANI AVG. *Amphiteatrum statuis undique ornatum, cuius in arena elephas, cui homo insidet, & cum tauro pugnat, spectante ac sedente in primo ordine Imperatore, hinc inde Senatoribus, & populo: ab utroque autem amphitheatri latere, hinc meta, & statua colossea; illinc aedificium signantur.* T. LXXI. n. II. pag. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121.

CCXIIII.

A. IMP GORDIANVS PIVS FELIX AVG. *Imperator laureatus, & armatus thorace, quem ornat Gorgonis caput.*

P. VIRTVS AVGVSTI. *Imperator a Marte accipit globum, adstantibus Praetorianis: ad eius pedes duo captivi.* T. LXX. n. III. pag. 121. 122.

IMP

CCXV.

A. IMP GORDIANVS FELIX AVG. *Imperator laureatus, & paludatus.*

P. VICTORIA AVG. *Imperator ſedens, coronatur a Victoria, adſtantibus Praetorianis, & ad eius pedes captivus ſupplex.* T. LXXI. n. I. pag. 122. 123.

CCXVI.

A. Epigraphe deſideratur. Imperator laurea, & thorace inſignis, haſtam in humeris defert, dextrorſum converſo capite.

P. Epigraphe deſideratur. Imperator ad aram accenſam ſacra faciens a Victoria coronatur: inter ſigna Legionum ſuperne quadriga forſitan Solis: infra duo Fluminum Genii iacentes ſpectantur. T. LXX. n. II. pag. 123. 124.

CCXVII.

A. IMP GORDIANVS PIVS FELIX AVG. *Imperator ornatus laurea corona, dextrorſum verſus, clypeum & haſtam gerit.*

P. P M TR P VII COS II P P. *Circus maximus, in cuius medio obeliſcus, & ab utroque latere metae: in medio decurrunt bigae duae (in alio numiſmate duae item quadrigae conſpiciuntur) in ſuperiore parte quadriiugo triumphali curru vecti duo, nempe Imperator, qui Victoriolam dextra oſtentat, item alius, qui palmam gerit, Miſitheus creditur; e contra milites cum palmis: in inferiore Circi parte, ſive arena, gladiatorum & athletarum paria certamen committunt, adſtantibus militibus armatis.* T. LXX. n. I. pag. 125. 126.

CCXVIII.

A. IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. CAES ANTIOCH COL S. R. *Duo Antiochenſium tutelaria Numina, Lunus, qui Victoriolam, & Cybele, quae copiae cornu praeferunt, hypobaſibus inſiſtentes, dextras iungunt, ara accenſa intermedia.* T. LXXI. n. III. pag. 126. 127.

CCXVIIII.

A. AT KA M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. *Imperator laurea & paludamento ornatus.*

P. ΑΦΡΟΔΙϹΙЄΩΝ. *Venus ſtolata & tutulata ſtans; circa eius caput volitant duo Cupidines cum facibus: infra hinc roſa, inde puer delphino inſidens.* T. LXXII. n. I. pag. 128. 129.

CCXX.

A. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ. *Imperator ornatus laurea corona, & thorace, in cuius medio Gorgonis caput.*

P. ΕΦΕΣΙΩΝ Κ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Diana Ephesia altiore tutulo ornata, verubusque sustentata, cum cervis ad pedes, media inter Isidem & Serapidem: circa quos hinc inde duo astra, quae Solem & Lunam designant.* T. LXXII. n. II. pag. 129.

CCXXI.

A. ΑΥΓ. Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ΑΥΓ. *Imperator laureatus, indutus thorace, in cuius medio Gorgonis caput.*

P. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Hercules gradiens, dextra Cerberum ab inferis eductum ducens; sinistra clavam & spolium gerens.* T. LXXII. n. III. pag. 130. 131.

CCXXII.

A. ΑΥ. ΚΑΙ Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. *Imperator laureatus & paludatus.*

A. ЄΠΙ. ϹΤΡ ΠΟΤ. ΜЄΝЄΚΛЄΟΥϹ. *Intra coronam:* ΠΡΩΤΑ. ΚΟΙΝΑ ΑϹΙΑϹ ЄΝ ϹΜΥΡΝΗ. *Mirtea corona circa quam in ambitu scriptum.* T. LXXIII. n. I. pag. 131. 132.

CCXXIII.

A. ΑΥΤ ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΟϹ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. Π Π. *Imperator radiata corona, & paludamento insignis.*

P. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΩϹ Α Μ Κ Γ Β. *Imperator laureatus, & togatus stans, sinistra tenet volumen; dexteram vero porrigit Tranquillinae Augustae uxori.* T. LXXIII. n. III. pag. 133.

CCXXIIII.

A. ΑΥΤ Κ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Π Π. *Imperator radiata corona cinctus & paludatus.*

P. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄωϹ Α Μ Κ Γ Β. *Scylla, sub cuius infima inguinum parte prodeunt canes: ipsa dextram porrigit, laeva palmulam gerit.* T. LXXIII. n. II. pag. 134.

A. ΑΥΤ

CCXXV.

A. ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΝΤΩΝΙΟϹ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ Π Π. *Imperator corona radiata cinctus & paludatus.*

P. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ Α Μ Κ Γ Β. *Hercules stans, dextra clavae innixus, sinistra gerens aurea poma, decerpta ex arbore, cui advolutus serpens.* T. LXXIV. n. I. pag. 135. 136.

CCXXVI.

A. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator radiata corona, & paludamento insignis.*

P. *Epigraphe corrupta:* ΕΠΙ ΤΩΝ Π ΦΙΛΙΠΠΟΝ ΚΕΝΤΑ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. *Imperator paludatus in quadriga triumphali stans, ornatus corona radiata dextram adtollit, sinistra globum gerit.* T. LXXIV. n. II. pag. 136.

CCXXVII.

A. ΑΥ ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. ΕΠ ϹΠΡ ΑΥΡ ΕΥΤΥΧΟΥϹ ϒΟ. ΦΩΚΑΙΕΩΝ. *Fluvius, iuvenis specie decumbens, dextra ramum tenet: prope eum vas & avis.* T. LXXIV. n. III. pag. 137.

CCXXVIII.

A. ΑΥΤΟΚ Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥϹΙΑϹ. *Aquila, coronam rostro praeferens, fulmini insistit.* T. CXII. n. II. pag. 138.

PHILIPPVS SENIOR.

CCXXVIIII.

A. IMP CAES M IVL PHILIPPVS AVG. *Philippus laurea corona & paludamento insignis.*

P. P M TR P COS P P. *Philippus senior a militibus Imperator salutatus, stat laureatus & paludatus inter Tribunos Legionum, & militaria signa, adstante ei a dextris filio Philippo Caesare.* T. LXXV. n. I. pag. 139.

IMP

CCXXX.

A. IMP CAES M IVL PHILIPPVS AVG. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. P M TR P III COS P P. *Duae figurae velato capite, pateram dextra tenentes, ante templum compluribus aediculis insigne, ad aram sacro igne accensam sacra faciunt, adstantibus duobus ministris.* T. LXXV. n. II. pag. 140. 141.

CCXXXI.

A. IMP CAES M IVL PHILIPPVS AVG. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. P. M. TR. POT. III. COS. P P. *Species theatri cancellis retro clausi; in cuius medio sedent in pegmate Philippus Augustus pater a dextris; a sinistris vero Philippus Caesar eius filius: binc inde sex figurae togatae: ad eos adcedit mulier cum tessera: infra idem pegma viri & mulieres cum pueris & puellis tesseras frumentarias ostendentes.* T. LXXV. n. III. pag. 142. 143. 144. 145.

CCXXXII.

A. CONCORDIA AVGVSTORVM. *Imperatoris Philippi senioris laureati & paludati, & Otaciliae Augustae iugata capita: ex adverso Philippi iunioris caput laurea pariter redimitum.*

P. SAECVLVM NOVVM. *Templum sex columnarum, statuis ornatum: ante illud uterque Philippus, pater velato capite, & filius aperto, ad aram festa fronde coronatam sacrificant, adstante tibicine & ministris.* T. LXXVI. n. I. pag. 146. 147.

CCXXXIII.

A. CONCORDIA AVGVSTORVM. *Philippi senioris laureatum caput, iugatum cum Otacilia coniuge sua ab una parte; ex adversa caput Philippi filii laurea insigne.*

P. VICTORIAE AVGVSTORVM. *Duae Victoriae utraque manu sustinentes clypeum, in quo scriptum* VOTIS. T. LXXVI. n. II. pag. 147. 148.

CCXXXIIII.

A. ΑΥΤ Κ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΑΥΓ. *Imperator paludatus & laureatus.*

P. ЄΠ. Μ ΑΥΡ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΥ Ϛ ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜЄΩΝ. *In fronte arcae, sive tetragoni navigii scriptum:* ΝΩЄ. *Navigii tetragoni genus, in quo pectore tenus adparent duae figurae stantes, altera virilis, muliebris altera, e cuius capite velum dependet: superiori eiusdem navigii sinistro tigillo seu vertici avis insidet; ex adverso altera avis volitans ramusculum unguibus tenet: in ripa ante idem navigium stant mulier stolata, velato capite, & pone eam vir, sublatis dextris aliquid denotantes.* T. LXXVI. n. III. pag. 149. 150. 151. 152. 153. 154.

T. AT

CCXXXV.

A. ΑΥΤ. Μ :: :: :: :: ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΑΥΓ. *Imperator laurea & paludamento insignis.*

P. ΒΙΖΥΗΝΩΝ. *Duae figurae, altera virilis ad laevam, muliebris altera ad dexteram in biclinio sedentes, cum mensa tripode ante eos: dextrorsum duae viriles figurae stantes, quarum una baculo, cui advolutus serpens, innititur.* T. LXXVII. n. I. pag. 155. 156.

CCXXXVI.

A. ΑΥΤ Μ ΙΟΥΛ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΑΥΓ. *Imperator laurea & paludamento insignis.*

P. ΒΙΖΥΗΝΩΝ. *Aesculapio sedenti prope arborem, & Hermaeum signum, cui advolutus serpens, dextra pateram tenenti, Hygia adstat, dextra serpentem ex eadem patera pascentem, sinistra volumen tenens. E regione Aesculapii sedet in exedra femina, antequam Telesphorus stans cernitur.* T. LXXVII. n. II. pag. 156. 157.

CCXXXVII.

A. ΑΥΤΟΚΡ .... ΦΙΛΙΠΠΟΙ ϹΕΒ. *Imperatorum M. Iulii Philippi patris radiata corona, & M. Iulii Philippi filii laurea ornati, capita adversa.*

P. ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΧ. ΠΡΩ ΤΟ Β ΚΙΒΗϹϹΕΩΝ. *Aesculapius a dextris, & Hygia a sinistris cum suis symbolis, sive adtributis, Telesphoro intermedio.* T. LXXVII. n. III. pag. 157.

CCXXXVIII.

A. ΑΥΤ Κ Μ. ΙΟΥΛΙΟϹ :: :: :: :: :: :: :: :: :: :: :: (*supple* ΦΙΛΙΠΠΟϹ ΑΥΓ.) *Imperator corona radiata, & paludamento insignis.*

P. ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ :: :: :: Ν (*supple* ΤΩΝ) ΠΡΟϹ ΚΑΛΥΚΑΔ (*hoc est* ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ) ΕΛΕΥΘΕΡ (*h. e.* ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ.) *Capita adversa: a dextris Genii Vrbis; a sinistris Dianae cum pharetra: in medio arboris ramusculus.* T. LXXVIII. n. I. pag. 158.

M. IVLIVS PHILIPPVS F.

CCXXXVIIII.

A. IMP CAES M. IVL PHILIPPVS AVG. *Imperator M. Iulius Philippus F. laurea corona & paludamento conspicuus.*

P. SAECVLVM NOVVM. *Templum sex columnarum, statuis ornatum: ante illud uterque Philippus, pater velato capite, & filius aperto, ad aram festa fronde coronatam sacrificans, adstante tibicine & ministris.* T. LXXVIII. n. II. pag. 159.

A. IMP-

CCXXXX.

A. IMP CAES M IVL PHILIPPVS AVG. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. PONTIFEX MAX TR P V COS II P P. *Victoria ante erectum tropaeum, insidens armis, dextra palmam, sinistra clypeum tenens litteris inscriptum, quae fugere.* T. LXXIX. n. I. pag. 160.

CCXXXXI.

A. AT K M IOT. ΦΙΛΙΠΠΟC. *Imperator laurea corona redimitus, ornatusque paludamento.*

P. CTP ANTΩNЄINOT. TЄMNЄITΩN. *Iupiter nudus stans, dextra pateram, sinistra fulmen substinet.* T. LXXVIII. n. II. pag. 161.

MARCIA OTACILIA SEVERA AVG.

CCXXXXII.

A. MARCIA OTACIL SEVERA AVG. eiusdem *Augustae caput.*

P. *In ambitu:* PIETAS AVGVSTORVM, *Infra protomas* III ET II COS. *Capita laureata Philippi Patris & Filii se respicientia.* T. LXXIX. n. II. pag. 162. 163.

TRAIANVS DECIVS.

CCXXXXIII.

A. IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. *Imperator* TRAIANVS DECIVS *radiata corona insignis, pectore lorica ornato.*

P. VICTORIA AVG. I*n area utrimque* S C. *Victoria gradiens cum palma in sinistra, coronam dextra obfert.* T. LXXIX. n. III. pag. 163.

CCXXXXIIII.

A. IMP C M Q. TRAIANVS DECIVS AVG. *Imperator radiata corona, & lorica insignis.*

P. FELICITAS SAECVLI. *in area utrimque:* S. C. *Figura muliebris paludata ac stolata stans, dextrorsum spectans; dextra tenet caduceum oblongum, sinistra cornucopiae.* T. LXXX. n. I. pag. 164.

HEREN-

HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

CCXXXXXV.

A. HERENNIA ETRVSCILLA AVG. *Herenniae Etruscillae Augustae caput ornatum mitella, & luna bicorni ad humeros.*

P. PVDICITIA AVG. *In exergo:* S. C. *Figura muliebris sedens, dextrorsum versa, velo faciem dextra obducit, sinistra sceptrum, sive hastam transversam tenet.* T. LXXX. n. II. pag. 165.

CCXXXXXVI.

A. HERENNIA ETRVSCILLA AVG. *Augustae caput mitella ornatum.*

P. PVDICITIA AVGVSTAE. *In exergo:* S. C. *Mulier stolata velo faciem obducit: a dextris eius stat Salus stolata, dextra pateram & anguem praeferens; a sinistris vero Felicitas, quae dextra caduceum oblongum tenet, innixa sinistro cubito columellae.* T. LXXX. n. III. pag. 166.

C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS.

CCXXXXXVII.

A. IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. *Imperator laurea & paludamento insignis.*

P. ADVENTVS AVGG. *Gallus & Volusianus equitantes, praeeunte Victoria, & comitantibus militibus, quorum unus vexillum, reliqui militaria signa, & arma praeferunt.* T. LXXXI. n. I. pag. 166. 167.

CCXXXXXVIII.

A. IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. *Imperator laurea corona, & trabea insignis, dextrorsum verso capite: eburneum scipionem, cuius vertici insidet aquila, dextra praeferens.*

P. SAECVLI FELICITAS. *Quatuor Pueri cum symbolis, quatuor anni Tempora designantes.* T. LXXI. n. II. pag. 167. 168.

CCXXXXVIIII.

A. IMP GALLVS AVG IMP VOLVSIANVS AVG. *Imperatorum Treboniani Galli & Volusiani capita laureata se mutuo respicientia.*

P. PONTIFEX MAX TR P COS II. *Sub exergo deletae epigraphes haec tantum supersunt* COS. *Duo Imperatores vecti in triumphali quadriga, a Victoriis coronantur, currum hinc inde comitantibus duobus Praetorianis.* T. LXXI. n. III. pag. 168.

CCL.

* *A.* CONCORDIA AVGVSTORVM. *Imperatorum Treboniani Galli, & Volusiani capita laureata se mutuo respicientia.*

P. ADVENTVS AVGG. *Iidem Imperatores equo vecti, praeeunte Victoria, comitantibus Vexilliferis, & Praetoriano milite.* T. CXIII. n. I. pag. 169.

VALERIANVS.

CCLI.

A. AT. T. K. ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΟΤΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Imperator laurea corona & paludamento insignis.*

P. ЄΦЄCIΩN Γ NЄ:::ΚΩΡΩN. *Diana triremi insistens, ambabus manibus velum auris inflatum tenet.* T. LXXXII. n. II. pag. 169. 170.

VALERIANVS IVNIOR.

CCLII.

A. ΚΑΙCΑΡ ΟΛΥΜΠ:: :: :: ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟC. *Valerianus Caesar laurea corona & paludamento ornatus.*

P. *In ambitu fugere litterae. In exergo:* ЄΦЄCIΩN. *Templum octo columnis subfultum ornatumque, in cuius medio simulacrum Dianae, utraque manu verubus insistentis.* T. LXXXII. n. II. pag. 171.

GAL-

GALLIENVS.

CCLIII.

A. IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. *Imperatoris Gallieni caput laurea redimitum, dextrorsum conversum, ad pectus cum paludamento.*

P. ADLOCVTIO AVGVSTORVM. *Duo Imperatores, cum Praefecto Praetorii, manus adtollentes stant in substructione, ante quam adstant quatuor milites, quorum unus labarum; duo vero militaria signa tenent.* T. LXXXIII. n. I. pag. 172.

CCLIIII.

A. IMP GALLIENVS P F AVG. *Imperator laureatus, verso dextrorsum capite: thorace, baltheo, clipeo, cuius emblema est Gorgonis caput, & hasta insignis.*

P. CORNELIA SALONINA AVGVSTA. *Saloninae Augustae caput.* T. LXXXIII. n. II. pag. 173.

CCLV.

A. GALLIENVS PIVS FEL AVG. *Imperatoris caput, Herculis ritu, leonina pelle tectum.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. LXXXIII. n. III. pag. 174.

CCLVI.

A. IMP GALLIENVS P F AVG. *Imperator laurea corona, & ad nudum pectus aegide ornatus.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. LXXXIV. n. I. pag. 175.

CCLVII,

A. IMP GALLIENVS P F AVG. *Imperator laurea cinctus corona, ad pectus thorace insignis.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. LXXXIV. n. II. pag. 175.

CCLVIII.

* *A.* GENIVS P. R. *Genii P. R. caput radiata corona insigne.*

P. *Intra lauream coronam* S. C. T. LXXXIV. n. III. pag. 176.

CCLVIIII.

A. ATT. K. Π. ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝ. *Caput Gallieni laureatum , ad pectus cum paludamento .*

P. ΑΠΟΛΛΩΝΗΙΑΤΑΝ ΑΤCPKS...... *Imperator paludatus dextrorsum conversus , dextra tenens globum , sinistra hastae innixus , stat in templo octo columnis subfulto .* T. LXXXV. n. I. pag. 176. 177.

CCLX.

A. ....ΠΟ. ΛΙ:: ΓΑΛ..... *Infra :* ::ΟΡΝΗΛΙ:: :: :: ::ΟΝΙ:: :: (*supple* ΑΤΤ Κ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. *Infra :* ΚΟΡΝΗΛΙΑ CΑΛΟΝΙΝΑ.) *Capita adversa Gallieni radiati a sinistris , & Saloninae a dextris : in medio eorum figura muliebris globo insistens , quae ambabus manibus pallium , seu velum expansum tenet .*

P. *In ambitu :* ΠЄΡ:: :: (*supple* ΠЄΡΓΑΙΩΝ.) *Infra :* ΑCΤΛΟΥ ΙЄΡΟC. *Mensa , supra quam praegrandis urna cum palma , in qua scriptum* :: ::Ο:: :: (*supple* ΠΥΘΙΑ. T. LXXXV. n. II. pag. 177.

CORNELIA SALONINA AVG.

CCLXI.

* *A.* CORNELIA SALONINA AVG. *Caput Saloninae mitella ornatum , ad pectus cum stola .*

P. PIETAS AVGG. *Salonina stolata sedens , dextram extendit versus duos puerulos stantes ; laeva hastam gerit .* T. LXXXVI. n. I. pag. 178.

CCLXII.

A. CORNELIA SALONINA AVG. *Caput Augustae mitella ornatum , ad pectus cum stola .*

P. IVNONI REGINAE. *Pavo cauda expansa .* T. LXXXVI. n. II. pag. 179.

CCLXIII.

A. CORNELIA SALONINA AVG. *Augustae caput mitella ac stola insigne .*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis .* T. LXXXV. n. III. pag. 179. 180.

PO-

POSTVMVS.

CCLXIIII.

A. IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. *Caput Postumi radiatum, ad humeros cum paludamento.*

P. VIRTVS AVG. *Figura militaris sinistrorsum versa, stans, dextra hastae, inverso deorsum mucrone, sinistra clipeo humi posito innixa.* T. LXXXVI. n. III. pag. 180. 181.

CLAVDIVS GOTHICVS.

CCLXV.

A. IMP CAES CLAVDIVS PIVS FELIX AVG. *Claudius Imperator, laurea corona in capite, & ad pectus paludamento insignis.*

P. ADVENTVS AVGVSTI. *Imperator eques paludatus, extensa sublataque parumper dextra, sinistra tenens eburneum scipionem, praeeunte Victoria, & comitantibus Praetorianis, & militibus cum labaro, & legionum signis.* T. LXXXVII. n. II. pag. 181.

CCLXVI.

A. IMP CAES CLAVDIVS PIVS FELIX AVG. *Imperatoris caput laureatum cum paludamento ad pectus.*

P. *Hercules sinistrorsum versus, clavae, e qua pendent leonis exuviae, innixus sinistro brachio, & quiescens.* T. LXXXVII. n. III. pag. 182.

CCLXVII.

A. IMP CAES CLAVDIVS PIVS FELIX AVG. *Imperator laurea redimitus, ad pectus ornatus paludamento.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. LXXXVII. n. I. pag. 182.

CCLXVIII.

A. IMP CAES CL:: :: :: :: ::S PIVS FELIX AVG. *Imperator laurea redimitus, ad pectus ornatus paludamento.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. LXXXVIII. n. I. pag. 183.

TA-

T A C I T V S.

CCLXVIIII.

A. IMP C M CL TACITVS PIVS FELIX AVG. *Imperator Tacitus laurea cinctus, scipione cum aquila in vertice, & Consulari trabea conspicuus, dextrorsum conversus.*

P. ADVENTVS AVG. *Imperator eques paludatus, praeeunte Victoria, comitantibus militibus cum labaro & signis legionum.* T. LXXXVIII n. II. pag. 183. 184.

F L O R I A N V S.

CCLXX.

A. IMP C M ANN FLORIANVS AVG. *Florianus Imperator laureatus, & paludatus.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. LXXXVIII. n. III. pag. 184.

P R O B V S.

CCLXXI.

A. IMP PROBVS P F AVG. *Probus Imperator capite laurea cincto, & dextrorsum converso, amictus lorica hamis conserta, in cuius medio Gorgonis caput; humero dextro hastam, sinistra clipeum tenet.*

P. ADLOCVT MILIT. *Idem Imperator in tribunali, sive suggestu, circumstantes Legionum milites signa militaria tenentes adloquitur.* T. CXIII. n. II. pag. 185.

CCLXXII.

A. Deletae epigraphes nullum vestigium adparet. Imperator capite laureato dextrorsum conversus, indutus thorace, quem in medio ornat Gorgonis caput: humero dextro hastam, sinistra clipeum tenet.

P. Absque epigraphe. Imperator in tribunali sive suggestu adstantes Legionum & Cohortium milites adloquitur, equo etiam adstante. T. LXXXIX. n. I. pag. 186-

A. IMP-

CCLXXIII.

A. IMP PROBVS P F AVG. *Imperator radiata corona ornatus, capite dextrorsum versus; thorace armatus & clipeo, in quo idem Imperator eques & paludatus sculptus est, praeeunte Victoria, pluribus figuris sub equo prostratis; qui dextra gestat spiculum ad humerum dextrum.*

P. SOLI INVICTO. *Sol radiatus, stans in quadrigis a fronte, dextra extensa, laeva flagrum tenet.* T. LXXXIX. n. III. pag. 187.

CCLXXIIII.

A. IMP C PROBVS P F AVG. *Imperator dextrorsum conversus, laureatus, & thorace ornatus, cuius in medio inter vittas Gorgonis caput; dextra globum tenet, cui insistit Victoria cum palma, coronam ei offerens; laeva ipse gerit parazonium.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. LXXXIX. n. II. pag. 188.

CCLXXV.

A. IMP PROBVS P. F AVG. *Imperator laureatus, ad pectus thorace ornatus, dextra gestat spiculum humero dextro, sinistra clipeum, in quo idem Imperator eques sculptus, praeeunte Victoria, sequentibus Legionum Vexilliferis.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XC. n. I. pag. 189.

CCLXXVI.

A. IMP C PROBVS INVIC P F AVG. *Capita Probi & eius coniugis iugata: ad pectus ille cum paludamento, capite laureato, dextra tenet spiculum, sive hastam, sinistra clipeum.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XC. n. II. pag. 189. 190.

CCLXXVII.

A. IMP PROBVS P F AVG. *Imperator laurea corona redimitus, capite dextrorsum versus, lorica squamis conserta cum Gorgoneo capite in medio insignis: sinistra spiculum sive hastam ad humerum, laeva clipeum gerit, in quo ipse equo vectus sculptus est: Victoria comitante, sequente milite.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XC. n. III. pag. 190.

A. IMP

CCLXXVIII.

A. IMP PROBVS P F AVG. *Imperator laureatus & paludatus, verso dextrorsum capite.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCI. n. I. pag. 190.

CCLXXVIIII.

A. IMP C. M AVR PROBVS P F AVG. *Imperator laurea, & lorica squamis conserta, cum Gorgonis capite in medio, insignis.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCI. n II. pag. 191.

CARINVS.

CCLXXX.

A. M AVR CARINVS NOB CAES. *Carini Caesaris caput ornatum laurea corona, & paludamento ad pectus.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCI. n. III. pag. 191. 192.

NVMERIANVS.

CCLXXXI.

A. IMP C NVMERIANVS P F AVG. *Numeriani Caesaris caput ornatum laurea corona, & ad pectus paludamento.*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCII. n. I. pag. 192. 193.

DIOCLETIANVS.

CCLXXXII.

A. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P F AVG. *Imperator Diocletianus laurea corona, & trabea insignis, verso dextrorsum capite, dextra globum, cui Victoria cum palma, coronam ei offerens, insistit, dextra tenens scipionem.*

P. IOVI CON:::::::::::::::::::: *Templum sex columnis subfultum, in cuius medio Iupiter sedens, dextra fulmen in gremio, sinistra hastam sive sceptrum tenet.* T. XCII. n. II. pag. 193.

A. IMP

CCLXXXIII.

A. IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. *Imperator laureatus, & loricatus, dextra tenens parazonium.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCII. n. III. pag. 194.

CCLXXXIIII.

A. IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. *Imperator laurea corona, & ad pectus thorace insignis, dextrorsum conversus, hastam ad humerum defert.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCIII. n. III. pag. 194.

CCLXXXV.

A. IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. *Imperator laurea corona & lorica hamis conserta insignis, dextra tenens parazonium.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. CXIV. n. I. pag. 195.

CCLXXXVI.

* *A.* IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. CXIV. n. II. pag. 195.

CCLXXXVII.

A. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG. *Duo Imperatores se mutuo respicientes, ornati laurea corona, trabea, & scipione in dextera manu.*

P. MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG. *Moneta cum adtributis stans inter Iovem dextra hastae innixum, cum fulmine in sinistra, & Herculem, qui dextra innititur clavae, & sinistra globum tenet.* T. XCIII. n. I. pag. 196.

MAXIMIANVS.

CCLXXXVIII.

A. IMP VAL MAXIMIANVS P F AVG. *Imperator Maximianus dextrorsum conversus, laurea, & ad pectus consulari trabea insignis: dextra tenet scipionem, in cuius vertice aquila.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCIII. n. III. pag. 197.

CCLXXXVIIII.

A. IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. *Imperator laureatus, & paludatus.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCIII. n. II. pag. 197.

CCXC.

* *A.* IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. *Imperator laureatus & paludatus.*

P. MONETA AVGG. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. CXIV. n. III. pag. 198.

CONSTANTINVS M.

CCXCI.

A. VICT CONSTANTINVS AVG. *Constantinus Magnus Imperator, laurea corona gemmis intersertis distincta, & ad pectus paludamento insignis.*

P. DEBELLATORI GENTT BARBARR. *Idem Constantinus Imperator paludatus eques, in barbarum contorquens spiculum, altero sub equi pedibus prostrato.* T. XCV. n. I. pag. 198. 199.

CCXCII.

A. CONSTANTINVS MAX AVG. *Imperator, laurea corona gemmis interpositis distincta, & ad pectus paludamento insignis.*

P. GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESS. *In exergo:* P R. *Constantinus laurea corona gemmata redimitus, nuda superiore parte corporis, inferiore velata, insidens thoraci, hastae adnixus sinistra, dextram protendit ad figuram militarem, quae phoenicem globo insistentem illi obfert dextra, tropaeum vero gestat sinistra; ad quorum pedes intermedia pantera.* T. XCIV. n. I. pag. 199. 200.

CCXCIII.

A. CONSTANTINVS MAX AVG. *Imperator corona ex lauro & gemmis cinctus, ad pectus cum paludamento.*

P. *Epigraphe temporum vitio fugit. Roma galeata bellicis armis insidens; sinistra hastam tenens, dextra accipit coronam quam ei obfert Victoria, ad cuius pedes genu flectit, & opem implorat captivus.* T. XCIV. n. II. pag. 201.

A. CON-

CCXCIIII.

A. CONSTANTINVS MAX AVG. *Imperatoris caput coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.*

P. VIRTVS AVG N. *Imperator eques armatum hostem, pedibus equi pressum, hasta confodiens.* T. XCIV. n. III. pag. 202.

CONSTANTINOPOLIS.

CCXCV.

A. CONSTANTINOPOLIS. *Constantinopolis specie mulieris, galea & paludamento insignis, verso dextrorsum capite, ad sinistrum latus cum sceptro.*

P. VICTORIA AVG. *Navis in mari cum remigibus: in cuius puppi figura sedet; prope eam signa tria militaria; in prora vero Victoria dextra tenens lauream coronam, sinistra palmam, spectantur.* T. CXV. n. II. pag. 202. 203.

CCXCVI.

A. CONSTANTINOPOLIS. *Constantinopolis specie mulieris, galea & paludamento insignis, verso dextrorsum capite, ad sinistrum latus cum sceptro.*

P. VICTORIA AVG. *Navis in mari cum remigibus: in cuius puppi figura sedet; prope eam signa tria militaria; in prora vero Victoria dextra tenens lauream coronam, sinistra palmam, spectantur.* T. XCV. n. III. pag. 203. 204.

CCXCVII.

A. CONSTANTINOPOLIS. *Constantinopolis specie mulieris, galea & paludamento insignis, verso dextrorsum capite, ad sinistrum latus cum sceptro.*

P. VICTORIA AVGG NN. *Figura muliebris stolata turrito capite, sedens; dextra spicas ostentat, sinistra cornucopiae gerit: retro stat Victoria cum palma, lauream coronam eius capiti imponens.* T. XCVI. n. I. pag. 204.

CCXCVIII.

A. CONSTANTINOPOLIS. *Constantinopolis specie mulieris, galea laureata & paludamento insignis, verso dextrorsum capite, ad sinistrum latus cum sceptro.*

P. VICTORIA AVGG NN. *Figura muliebris stolata turrito capite, sedens, dextra spicas ostentat, sinistra cornucopiae gerit; retro stat Victoria cum palma, lauream coronam eius capiti imponens, dextra lauri ramum ostentat.* T. XCVI. n. II. pag. 205.

CCXCVIIII.

A. VRBS ROMA. *Romae caput galeatum, sinistrorsum conversum.*

P. *Lupa Romulum, & Remum sub specu lactans; hinc inde Pastores: superne sculptae duae stellae.* T. I. n. II. pag. 205.

CCC.

A. VRBS ROMA. *Romae caput galeatum, sinistrorsum conversum.*

P. *Lupa Romulum, & Remum sub specu lactans; hinc inde Pastores: superne sculptae duae stellae.* T. I. n. III. pag. 206.

C R I S P V S.

CCCI.

A. CRISPVS NOBIL CAESAR. *Crispus laurea corona, trabeaque insignis, verso dextrorsum capite; dextra gerit scipionem, cuius vertici insistit aquila.*

P. MONETA VRBIS VESTRAE. *Tres Monetae cum suis adtributis.* T. XCVI. n. III. pag. 206.

CCCII.

A. CRISPVS NOBIL CAESAR. *Crispus Caesar laureatus & paludatus.*

P. PRINCIPI IVVENTVTIS. *Idem Crispus Caesar paludatus stans, dextra signum militare, laeva hastam puram tenet.* T. XCVII. n. I. pag. 207.

CONSTANTINVS IVNIOR.

CCCIII.

A. CONSTANTINVS IVN NOB CAES. *Constantinus Iunior ornatus laurea corona, & ad pectus paludamento.*

P. VIRTVS CAESS. *Idem paludatus & armatus stans, sinistra hastam versa in terram mucrone tenens, dextram imponit tropaeo, sub quo sedet captivus.* T. XCVII. n. II. pag. 207.

CON-

CONSTANS.

CCCIIII.

A. D N FL CONSTANS AVG. *Constans Augustus laurea corona gemmis interpositis distincta , & ad pectus paludamento insignis .*

P. VRBS ROMA BEATA. *Figura muliebris stolata & galeata spoliis insidens , dextra gestat globum cum Victoriola , sinistra hastam tenet .* T. XCVII. n. III. pag. 208.

CONSTANTIVS.

CCCV.

A. D N FL CONSTANTIVS NOB C. *Constantii caput diademate revinctum , ad pectus cum paludamento .*

P. VIRTVS CAESARVM. *Idem Constantius diademate caput cinctus , armis & paludamento insignis , laeva hastam gerens , dextram imponit tropaeo bellicis spoliis onusto , sub quo iacet more captivorum moerens Provincia .* T. CII. n. II. pag. 208. 209.

CCCVI.

A. CONSTAN P F AVG. *Constantius Augustus laurea corona pretiosis lapillis ornata , & paludamento insignis .*

P. VICTORIA AVGVSTI. *Mulier stolata , ornato turribus capite , sedens ; dextra lauri ramusculum , sinistra cornucopiae gerit .* T. XCVIII. n. I. pag. 209.

CCCVII.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Imperator corona gemmata & laurea cinctus , ad pectus cum paludamento .*

P. DEBELLATORI GENTIVM BARBARR. *Imperator habitu militari eques , spiculum in hostem contorquet .* T. XCVIII. n. II. pag. 209.

CCCVIII.

A. D N FL CONSTANTIVS AVG. *Caput Constantii corona gemmata cinctum , ad pectus cum paludamento .*

P. GAVDIVM ROMANORVM. *Victoria seminuda spoliis bellicis insidens , scribit in clipeo* VOT XX. T. XCVIII. n. III. pag. 210.

CCCVIIII.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Constantii caput diademate gemmis distincto cinctum, & ad pectus cum paludamento, & tunica gemmis ornata.*

P. LARGITIO. *Tres figurae: quae in medio sedet, Imperatorio habitu, volumen sinistra tenet; dextra vero monetas largitur feminae, quae radiis ornatum habet caput, & utramque manum porrigit ut monetam accipiat: adstat a sinistris figura muliebris galeata, quae dextra complectitur Imperatorem; laeva vero hastae innititur.* T. XCIX. n. I. pag. 211.

CCCX.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Constantius capite diademate gemmis distincto cinctus, & ad pectus ornatus paludamento, & tunica cum gemmis.*

P. LARGITIO. *Tres figurae: ea quae in medio sedet, Imperatorio habitu, volumen sinistra tenet; dextra vero monetas largitur feminae, quae radiis ornatum habet caput, & utramque manum porrigit ut monetam accipiat: adstat a sinistris figura muliebris galeata, quae dextra complectitur Imperatorem, laeva vero hastae innititur.* T. XCIX. n. II. pag. 212.

CCCXI.

A. CONSTANTIVS P F AVG. *Imperator gemmata corona redimitus, ad pectus ornatus paludamento.*

P. ROMA BEATA. *Roma bellicis spoliis insidens, dextrorsum versa, dextra praefert Victoriolam offerentem coronam, & palmam, sinistra hastae innititur.* T. XCIX. n. III. pag. 213.

CCCXII.

A. D N FL CONSTANTIVS P F AVG. *Imperator gemmata corona in capite, ad pectus paludamento insignis.*

P. SABINAE. *Octo figurae raptum Sabinarum exprimentes cum tribus metis.* T. C. n. I. pag. 213. 214.

CCCXIII.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Constantii caput corona ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.*

P. VICTORIA AVG. *Victoria stans inter duos captivos humi sedentes, coronam lauream tenet dextra, palmae ramum sinistra.* T. C. n. II. pag. 214.

A. D N

CCCXIIII.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Constantii caput corona ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.*

P. VICTORIA AVGVSTI. *Victoria gradiens, coronam lauream dextra ostentat, palmam praefert sinistra.* T. C. n. III. pag. 214.

CCCXV.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Constantius dextrorsum versus, ornatus corona gemmata, paludamento & palmata tunica, dextram elatam tenet.*

P. VICTORIA AVGVSTORVM. *Imperator loricatus & paludatus, sinistra hastam, dextra lauri ramusculum tenens, ducitur a Victoria palmam gerente.* T. CI. n. I. pag. 215.

CCCXVI.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Constantius corona ex gemmis & paludamento insignis.*

P. ....GVST.......... *Victoria laevorsum conversa stans, dextra palmam, sinistra coronam praefert, dextro pede conculcat, forsitan captivum.* T. CI. n. II. pag. 215.

CCCXVII.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Constantius corona ornata pretiosis lapillis cinctus, ad pectus cum paludamento.*

P. VIRTVS AVG. *Imperator paludatus, sinistrorsum versus, capite nudo stans; dextra hastam gerit, laeva sustinet globum cum Victoria, quae coronam ipsi imponit: pro pedibus a sinistris captivus humi sedens.* T. CI. n. III. pag. 216.

CCCXVIII.

A. D N CONSTANTIVS P F AVG. *Constantius gemmata corona & paludamento insignis.*

P. VIRTVS AVG. *Imperator paludatus sinistrorsum versus; dextra tenet globum, laeva spiculum: ad pedes captivus, manibus post terga revinctus.* T. CII. n. II. pag. 216.

MA-

MAGNENTIVS.

CCCXVIIII.

A. IMP CAE MAGNENTIVS AVG. *Magnentius Imperator nudo capite, ad pectus ornatus paludamento.*

P. VICTORIA AVGG. *Figura militaris paludata stans, globum cum Victoriola sustinet dextra; hastae vero adnititur sinistra: a tergo stat Victoria coronam lauream capiti eius imponens dextra, palmae ramum sinistra gerens.* T. CII. n. III. pag. 217.

CCCXX.

A. IMP CAE MAGNENTIVS AVG. *Imperatoris caput nudum, ad pectus cum paludamento.*

P. VICTORIA AVGG. *Victoria gradiens a sinistris dextrorsum, coronam lauream dextra offert, palmam sinistra gerit.* T. CIII. n. I. pag. 217.

CCCXXI.

A. IMP CAE MAGNENTIVS AVG. *Imperator nudo capite, paludamento ornatus.*

P. VICTORIA AVGG. *Victoria dextrorsum spectans, & captivum pede dextro proterens, coronam lauream dextra ostentat & offert, palmae ramum gerit dextra.* T. CIII. n. II. pag. 218.

CCCXXII.

A. IMP CAE MAGNENTIVS AVG. *Imperator nudus capite, ad pectus cum paludamento.*

P. VIRTVS AV::::::::RVM. *Imperator Magnentius armatus & paludatus stans; dextra hastae cum mucrone humi defixo innititur, sinistra parazonium tenet.* T. CIII. n. II. pag. 218.

DECENTIVS.

CCCXXIII.

A. MAG DECENTIVS NOB CAES AVG. *Decentius capite nudo, ad pectus cum paludamento, dextra exserta tenet spiculum, sinistra globum cum Victoriola, quae palmam gerit, & coronam ei offert.*

P. VICTORIA AVGVSTORVM. *Idem Imperator paludatus stans, sinistra hastam, dextra lauri ramusculum tenens, ducitur a Victoria, palmam dextra gerente.* T. CIV. n. I. pag. 219.

IOVIANVS.

CCCXXIIII.

A. D N IOVIANVS P F AVG. *Caput Ioviani cum diademate ex lapillis , ad pectus cum paludamento .*

P. MONETA AVG. *Tres Monetae cum suis adtributis .* T. CIV. n. III. pag. 219.

VALENTINIANVS.

CCCXXV.

A. D N FLA VALENTINIANVS P F AVG. *Caput Valentiniani diademate ex margaritis revinctum , ad pectus cum paludamento .*

P. VICTORIA AVGG. *In area hinc inde* R. M. *In exergo* COMOB. *Idem Valentinianus thorace & paludamento insignis , dextra hastam cum Cruce in vertice , sinistra tenet Victoriolam ei coronam offerentem cum palma , dextro pede serpentem calcare videtur .* T. CV. n. I. pag. 220.

ANASTASIVS.

CCCXXVI.

A. D N ANASTASIVS P F AVG. *Anastasii caput gemmata corona redimitum , ad pectus cum paludamento .*

P. M *magnum cum Crucicula supra , infra inter crura* B. *ad utrumque latus stella , & in ima parte* CON. T. CV. n II. pag. 221.

CCCXXVII.

A. .....STASIVS P F AVG. *Caput Imperatoris corona gemmis distincta revinctum , ad pectus cum paludamento .*

P. M *magnum eodem cum typo ut alterum supra prolatum , sed in nonnullis vitio temporum exesum .* T. CV. n. III. pag. 221.

IVSTINIANVS.

CCCXXVIII.

A. D N IVSTINIANVS P P AVG. *Iustinianus redimitus diademate gemmato & superne cristato, ad pectus cum lorica & paludamento, dextra tenet globum crucigerum; a sinistris in area Crucicula.*

P. M *magnum intermedium cum Crucicula supra, & infra inter crura* Γ. *in ima parte* CON. *ad latera* ANNO XIII. T. CVI. n. III. pag. 222.

CCCXXVIIII.

A. D N IVSTINIANVS P P AVG. *Iustinianus gemmato diademate & in vertice cristato cinctus, ad pectus cum lorica & paludamento; dextra tenet globum ornatum Cruce; a sinistris in area Crucicula.*

P. M *magnum intermedium cum Crucicula supra & infra inter crura* Δ *ad utrumque latus scriptum* ANNO Χμ. T. CVI. n. I. pag. 222.

CCCXXX.

A. D N IVSTINIANVS P P AVG. *Iustinianus gemmato diademate & in vertice cristato cinctus, ad pectus cum lorica & paludamento; dextra tenet globum ornatum Cruce; a sinistris in area Crucicula.*

P. M *magnum intermedium cum Crucicula supra & infra inter crura* Λ *ad utrumque latus scriptum* ANNO Χμ. *& infra inter crura* Γ. T. CVI. n. II. pag. 223.

CCCXXXI.

A. D N IVSTINIANVS P P AVG. *Iustinianus gemmato diademate & in vertice cristato cinctus, ad pectus cum lorica & paludamento; dextra tenet globum ornatum Cruce; a sinistris in area Crucicula.*

P. M *magnum intermedium cum Crucicula supra, & infra inter crura* Δ *ad utrumque latus scriptum* ANNO Χμ. *& in ima parte* NIKO. T. CVII. n. II. pag. 223.

PONDVS CHRISTIANVM.

CCCXXXII.

Pag. 224.

AD-

ADPENDIX.

CCCXXXIII.

T. CXV. n. I. & II. pag. 224.

CCCXXXIIII.

Deae caput cum in antica, tum in postica, cum epigraphe: ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ. T. CXV. n. III. pag. 225. 226. 227. 228.

F I N I S.



PROSPECTVS ET ORDO
O M N I V M
QVAE HOC VOLVMEN COMPLECTITVR.



OBSERVATIONES

IN

NVMISMATA ANTIQVA

ARGENTEA ET AEREA

MAXIMI MODVLI

MVSEI

FLORENTINI.





CLASSIS II.

CLVIII.

L. SEPTIMIVS SEVERVS.

A. SEVERVS *Imperator capite laureato, nudo dextrorsum pectore, laevorsum armato lorica hamis conserta.*

E. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG IMP ::::

P. *Iupiter stans, dextra Victoriolam, sinistra hastam gerit: pone eius pedes a dextris aquila.*

E. DIVI M PII F P M TR P IIII COS II P P. *Hoc est:* Divi Marci Pii Filius Pontifex Maximus Tribunicia Potestate IV. Consul iterum, Pater Patriae.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. XXI. G. XV.



EVERVS, compluribus insignibus victoriis clarus, Imperatoris titulos, quos meruit, ad numerum XIII. uti eius numismata testantur, primus omnium multiplicavit, adnotarique in ipsis praecepit. In Tribunicia Potestate II. quam inchoavit anno V. C. XCXLVII. & Christi CXCIV. Imperator II. III. & IIII. dictus est (1). Primum Imperatoris titulum obtinuit non Idibus Augustis, sed Idibus Aprilis, uti doctissimus Pagius, Spartianum ex Baronio emendans, notat (2) nimirum anno V. C. DCCCCXLVI. Christi CXCIII. quo *a Germanicis legionibus* (3), *ubi auditum est, Commodum occisum, Iulianum autem* T. LI. n. III.

 cum

(1) Vide Inscript. ant. in Gruteri Thesauro pag. CCLXIII. 3. 4. 5. 6.

(2) Critic-Histor-Chron. Tom. I. num. V. pag. 184.

(3) Ex Spartiano in Severo Cap. 5.

cum odio cunctorum imperare , multis hortantibus , repugnans Imperator adpellatus eſt apud Carnutum , in ſuperiore Pannonia , quemadmodum ſcribit Spartianus . Initio imperii Imperator II. ſalutatus eſt , quum ſacra feciſſet ſuis auſpicibus Diis , Herculi & Baccho , quibus poſtea templum maximum dedicavit , exſtructis novis aedificiis , ac veteribus reſtitutis (1) . Mox devicto Peſcennio , conſtat ex numis , Imperatorem IIII. adclamatum eſſe (2) . Tribuniciam Poteſtatem III. inchoavit anno V. C. DCCCCXLVIII. Chriſti CXCV. quo contigit eius expeditio in Oſdroënos , in Arabes & Adiabenos , quos vicit , pluresque urbes cepit , inter quas Niſibis , ut obſervat praelaudatus Pagius (3) : quae Tribunicia Poteſtas III. in numis apud Comitem Mediobarbum (4) coniungitur cum titulo Imperatoris IV. & V. (5) Inter Donianas , quas edidi , antiquas inſcriptiones (6) , marmora adferuntur dedicata Severo , in quibus titulus Imperatoris IV. cum Tribunicia Poteſtate II. & III. coniungitur : idemque in Tribunicia Poteſtate III. *Arabicus* , *Adiabenicus* , ac praeterea *Frater Arvalis* nuncupatur . Primum marmor , quod ſubiicio , exſtat Arimini iuxta Arcum triumphalem Auguſti Caeſaris : alterum vero Romae erutum memoratur .

IMP · CAESARI · L · SEPTI
MIO · SEVERO · PERTINACI
AVG · P · M · TRIB · P · III
IMP IIII · COS · II ·
ARABICO · ADIABENICO
FRATRI ARVALI

IMP · CAESARI
L · SEPTIMIO
SEVERO
PERTINACI · AVG ·
PONTIF · MAXIM ·
TRIB · POTEST · II
IMP · IIII · COS. II
PROCONSVLI · P · P
D · D · P

Numiſma maximae formae adfert e Muſeo Carpineo Bonarrotius (6) , in quo Tribunicia eius Poteſtas non numeratur , ſed Impe-

(1) Ex Dionis Epitomate , ibidem . Vide Vaillantium in Numiſm. praeſt. Tom. II. pag. 227.
(2) Apud eumdem Vaillantium ibidem pag. 223. & 225.
(3) Ibidem pag. 184. num. II.
(4) In Severo pag. 269. 270. & 271.
(5) Ibidem . Vide etiam Tom. II. Inſcript. ant. Etruriae Vrbium pag. 399.
(6) Claſſ. III. n. 40. & 19.

perator IIII. dicitur: eius vero typus Victoria cum palma, coronam offerens. Sequenti anno, Tribunicia Poteſtate IV. ſuſcepta, Byzantium cepit, & adpellatus *Arabicus*, *Adiabenicus*, *Parthicus*, Imperatoris VI. & ut aliqui cenſent VII. titulos meruit. Hinc anticae partis inſcriptio, quae in duobus hiſce Mediceis numis, ſculptis in Tab. LI. num. III. & in Tab. LII. num. I. in fine deleta cernitur (haud certe iniuria temporis, ſed iniqui hominis fraude) probe in hunc modum reſtituitur: L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG IMP VII. aliorum quoque numiſmatum auctoritate (1), quae integram hanc ipſam epigraphen praeferunt, & Imperatoris titulum VII. cum Tribunicia Poteſtate IIII. & Conſulatu ſecundo coniungunt.

Inter haec Severus ex Oriente non Romam, ſed in Gallias profectus eſt, anno V. C. DCCCCLI. Chriſti CXCVIII. nam redeunti Romam poſt bellum civile Nigri, aliud bellum civile Clodii Albini nunciatum eſt, qui rebellavit in Gallia. Eodem igitur anno, nimirum V. C. DCCCCLI. Chriſti CXCVIII. quincto imperii ſui fere labente, ad Lugdunum cum Albino Caeſare pugnavit, eumque XI. Kalendas Martias, ut habet Spartianus (2), vicit. Quod adtinet ad inſcriptionem, quae legitur in poſtica parte, in qua Severus *Divi Marci Pii Filius* dicitur, ex Dione Xiphilinus memorat, Severum victo Albino, Romamque miſſo eius capite obtruncato, ut patibulo adfigeretur, ſe Marci Aurelii filium, & Commodi fratrem adpellaſſe, eidemque Commodo, in quem antea contumelioſus fuerat, divinos honores tribuiſſe. Cum Dione non concordant Spartianus & Herodianus, qui ſcribunt Severum ante Albini necem tranſiſſe in Marci Aurelii familiam, & Antoninum nuncupari voluiſſe. Dum autem iret contra Albinum, teſte Spartiano, in itinere apud Viminacium (3) in ſuperiore Myſia, filium ſuum maiorem Baſſianum, adpoſito Aurelii Antonini nomine, Caeſarem adpellavit, idemque nomen mox Getae minori filio ſuo impoſuit: adeo enim ex omnibus Imperatoribus Marcum Antoninum Pium coluit, ut in eius ſepulcrum ſe inferri mandaverit (4), & Antonini nomen omnibus deinceps Imperatoribus, non ſecus ac Auguſti, adſcribendum cenſuerit. Fides igitur potius Spartiano & Herodiano, qui in adſignando tempore huiuſce nun-

(1) Vide Numiſm. max. Vaticana Tab. XLVIII. num. II. & Muſei Piſani Tab. XXXIII. num. III. item apud Com: Mediobarbum in Severo pag. 271.

(2) Cap. XI.

(3) Ibidem.

(4) Eodem Spartiano teſte in Severo circa finem.

nuncupationis conveniunt, quam Dionis Exſcriptori, adhibenda videtur. Accedit numiſmatum auctoritas, quae, ut paullo ante obſervabam, teſtantur, hanc adpellationem a Severo ſuſceptam, quum ob inſignes victorias Imperator VII. a militibus adclamatus eſt. Hanc vero adpellationem Tillemontius & Mediobarbus conſtituunt in annum V. C. DCCCCXLIX. Chriſti CXCVI. quos ſequitur Venutus (1); ſed iuxta Pagium, quem ego ſequor, ad annum V. C. DCCCCL. Chriſti CXCVII. referenda videtur.

Ex omnibus autem victoriis, quas conſecutus eſt Severus, nulla certe illuſtrior ac memorabilior ea, quam de Albino, deque eius ſtrenuiſſimo exercitu reportavit; quo in poteſtatem ſuam redacto, quod iam ſecurus Romani orbis imperio potitus eſſet, magna celeritate confecto itinere, Romam ſtatim profectus eſt, intravitque, ut narrat Herodianus (2), occurrente ei laureato populo, magno cum honore fauſtiſque adclamationibus eum excipiente, Senatuque univerſo conſalutante. Tradit etiam idem auctor, Severum tunc in templum Iovis ingreſſum, ſacra omnia de more peregiſſe; & reverſum in Palatium, magno congiario populum Romanum victoriae nomine proſecutum, ac numos militibus largitum eſſe: ſimulque alia permulta iiſdem indulſiſſe, quae numquam antea acceperant; nam & frumenti ſummam primus adauxit, & aureis anulis uti, & domi habere uxorem permiſit.

Probabile igitur mihi videtur numiſma hoc raritate eximium, quod nunc primum in lucem prodit, in memoriam huiuſce victoriae de Albino relatae, caelatum fuiſſe Romae ſtatim audito tam laeto nuncio: &, ni mea me fallit opinio, facile tunc pervulgatum quum Severus Romae fuit, & Quinquennalia imperii ſui celebravit, anno nimirum V. C. DCCCCLI. Chr. CXCVIII. ut antea obſervabam. Opinioni meae favet poſtica ſculptura huiuſce numiſmatis, in qua exhibetur Iupiter Victor ſtans, chlamyde ornatus, haſtam tenens, qui dextra gerit parvum ſimulacrum Victoriae, palmam & coronam offerentis (3): quem ita tum Graeci (4), tum Romani expreſſere, quod victoriae auctor ſit, & omnia vincat. Imperatoribus, cum ad bellum proficiſcentibus, tum ex eo redeuntibus, Victoriarum parva ſimulacra offe-

re-

(1) Ad Tab. XLVIII. num. II. pag. 98.
(2) Lib. III. Cap. VIII.
(3) Vide Bonarrotium in Numiſm. max. Muſ. Carp. pag. 70.
(4) Vide Pauſaniam in Eliac. prior. Cap. XI. Phurnutum de Iove; Porphyrium apud Euſebium Lib. III. Cap. IX. de Praeparat. Evangel.

rebantur, ut alibi obſervavimus; & quidem proficiſcentibus, boni ominis cauſa; revertentibus vero tamquam egregiae eorum virtutis & publicae laetitiae monumenta; quare etiam in numis frequenter Victoria occurrit cum palma, quae Imperatores coronat. Numus deſcribitur a Comite Mediobarbo (1) in honorem Severi cuſus, cum epigraphe IOVI CONSERVATORI; in quo ſculptus Iupiter ſtans, ſiniſtra ſcipionem, dextra fulmen porrigens Severo Imperatori, qui dextra ramuſculum tenet: in quo pariter numo IMP VII dicitur. In alio numo Severi apud Goltzium (2) ſcriptum IOVI PROPVGNATORI. In alio numo, cum eadem epigraphe, quam explicat Vaillantius (3), cernitur Iupiter ſedens, qui dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam tenet. Albinus quoque primam ſuam de Severianis in Gallia victoriam, etiamſi levem, ut memorat Herodianus (4), Iovi tribuit, tamquam eius ope & auxilio eam reportaſſet, ut obſervat Vaillantius (5), qui numos Albini deſcribit cum epigraphe IOVI VICTORI, itemque IOVIS VICTORIAE. COS. II. Conſulatum ſecundum Severus obtinuit cum Albino iterum Conſule anno V. C. DCCCCXLVII. Chriſti CXCIV., quo anno Niger a Severo poſt aliquot praelia victus, interemptuſque eſt, ut conſtat ex his quae Spartianus & Herodianus memoriae prodiderunt. Silentio minime praetereunda vetus inſcriptio, inter Donianas a me edita (6), quam Colonia Capua Severo dedicavit. Heic titulum Imperatoris VIII. cum Tribunicia Poteſtate IIII. coniunctum vides.

IMP. CAES. DIVI. M. ANTONINI
GERM. SARM. FIL. DIVI · COMMODI
FRATRI · DIVI · ANTONINI · PII · NEPOT
DIVI · HADRIANI · PRONEPOTI · DIVI
TRAIANI · PARTHICI · ABNEPOTI · DIVI
NERVAE · ADNEPOTI
L. SEPTIMIO · SEVERO · PIO · PERTINACI
ARABIC. ADIABENICO · P. P. PONTIF. M
TRIB. POT. IIII. IMP. VIII. COS. II. PROC
COLONIA CAPVA

(1) Pag. 271.
(2) Goltzius 5. Vide Mediobarbum in Severo p. 273.
(3) Tom. II. Numiſm. Imperat. Rom. pag. 229. Vide etiam Mediobarbum in Severo pag. 265.
(4) Lib. III. Cap. VII.
(5) Ibidem Tom. II. pag. 220.
(6) In Claſſ. III. num. 39. ſed in tertia linea perperam cum ſcriptum ſit PATRI, reſtituendum FRATRI. ut etiam legitur inter Gudianas Inſcr. pag. XCIII. n. I., qua auſpice hanc ſupplevi, & emendavi.

CLVIIII.

A. *Imperator laureatus: cuius pectus dextrorſum nudum; laevorſum ſquamata aegide armatum.*

E. L. SEPTIMIVS SEVERVS ....

P. *Roma galeata ſtans; dextra parazonium, ſiniſtra haſtam, pro pedibus clypeus.*

E. DIVI M PII F P M TR P IIII COS II P P.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. XI. G. VIII.

T. LII. *n. I.* HErois ſpecie ſculptus cernitur Severus cum in Mediceo numiſmate nuper explicato, tum etiam in hoc, & in utroque eadem epigraphe legitur: in aliis vero numis maximis, quae in Cimeliarchio Chriſtianiſſimi Galliarum Regis (1), in Muſeo Vaticano (2) & Piſanio (3) adſervantur, Severus thorace munitum habet pectus cum Gorgone in medio. Quandoquidem Iovem aegide armari ſolitum conſtat ex Homero (4); ſuſpicari facile poſſumus Severum Iovi adſimilatum, quod ſuperatis tribus Imperatoribus, ſolus tandem Romani orbis imperio potitus ſit. In duobus numiſmatis, regiae nimirum Gallorum Gazae, & Piſanii Muſei, pro typo averſae partis caelatus eſt Mars: in altero quidem nudus ſtat, chlamide ornatus; in altero vero toto corpore militaribus veſtibus indutus. Martis imaginem in alio maximo numiſmate ſculptam cenſet Vaillantius (5): typus vero Vaticani numiſmatis huic Mediceo longe ſimilis cernitur; in quo non Martem, ſed Romam ſculptam agnoſcit Cl. Venutus (6). Quamvis autem in Mediceo, eo quod non parum detritus ſit in averſa parte, Roma exſertam nudamque papillam non bene oſtendat; differt tamen a Martis ſpecie veſtium cultus, qui Romae tribuitur, quo plane ornatur. Sed revera in his ſculptam eſſe Romam, non Martem, manifeſte evincit alterum numiſma maximae formae, quod habes in regio Theſauro Chriſtianiſſimi Galliarum Regis (7), in quo terrarum Dea gentiumque Roma (8) ſtans, dextrorſum nudum habet pectus. Nec improbabile videtur in hiſce numis ſculptam eſſe Romam, quae non ſolum ſedens, ſed etiam ſtans, interdum

(1) Tab. XVI.
(2) Tab. XLVIII. num. 2. pag. 97.
(3) Tab. XXXIII. num. 3.
(4) Homerum citat Lucianus & in Icaromenippo.
(5) Inter Numiſm. max. pag. 221.
(6) In Vaticana Numiſm. max. mod. loco ſupra citato.
(7) Tab. XVIII.
(8) Martialis Lib. XII. Epigr. VIII.

dum exhibetur. Describuntur a Comite Mediobarbo (1) duo numismata, alterum cum titulo IMP. VII. in quo Severus Imperator dexteram porrigit Romae in genua procumbenti, cum epigraphe ROMA RESVRGENS. S. C. alterum vero in quo figura militaris, nimirum Roma, lauream imponit Severo Victoriam tenenti, cum eadem inscriptione, quae tum in Vaticano, tum in hoc Mediceo occurrit: DIVI M. PII F. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. S. C. In eo vero quod censet Venutus, hunc numum in honorem Severi percussum esse anno V. C. DCCCCXLIX. Chr. CXCVI. quia Severus tunc Imperatoris VII. titulum non gerebat; libet sequi potius doctissimum Pagium, qui currente tertio eius imperii anno (qui iuxta eiusdem computum fuit ab V. C. DCCCCXLVIII. Christi vero CXCV.) contigisse ostendit expeditionem Severi in Osdroënos, in Arabes, & Adiabenos, in qua complures urbes cepit, inter quas Nisibis; ob quas victorias, Imperatorem V. adpellatum esse constat ex numis. Igitur Imperatoris VII. titulus ad aliud tempus referendus videtur, &, ut dicebam, ad annum V. C. DCCCCLI. Chr. CXCVIII. quo idem Pagius ex Herodiano, Dione, & Spartiano, apud Lugdunum debellatum censet Albinum a Severo, qui eodem anno Romam reversus est. Nec dubitandum, Severum multo antea Marci Aurelii filium adpellari voluisse. Constat ex clarissimis historiae monimentis filio suo maiori Bassiano *Antonini* nomen imposuisse in itinere apud Viminacium, quum iret contra Albinum, anno nimirum, ut diximus, V. C. DCCCCXLIX. Christi CXCVI. quarto currente eius imperii anno, ut idem Pagius observat. Spartianus, licet rei gestae tempus non exprimat, diserte tamen ita scribit: *Redeunti sane Romam post bellum civile Nigri, aliud bellum civile Clodii Albini nuntiatum est, qui rebellavit in Gallia: quare postea occisi sunt filii Nigri cum matre. Albinum igitur statim hostem iudicavit, & eos qui ad illum mollius vel scripserunt vel rescripserunt. Et quum iret contra Albinum, in itinere apud Viminacium* (2), *filium suum maiorem Bassianum, adposito* Aurelii Antonini *nomine, Caesarem adpellavit, ut fratrem suum Getam ab spe, quam ille conceperat, submoveret. Et nomen quidem Antonini idcirco filio adposuit, quod somniaverat, Antoninum sibi successurum. Vnde Getam etiam quidam Antoninum putant dictum, ut & ipse suc-*

(1) In Severo pag. 271.

(2) Editi libri habent *Viminatium*: at lapides antiqui militares docent scribendum VIMINACIVM. Vide Fabrettum Inscriptionum antiquarum Cap. III. pag. 134. num. 94.

cederet in imperio . *Aliqui putant idcirco illum Antoninum adpellatum , quod Severus ipſe in Marci familiam tranſire voluerit* . Pagius (1) reiicit Baronii aliorumque complurium Scriptorum opinionem , inter quos recenſendus etiam Comes Mediobarbus (2) , qui innixi verbis illis Spartiani , paullo ſuperius recitatis , *redeunti Romam* , crediderunt Severum ſupradicto anno Romae fuiſſe , quum perſpicuum ſit ex eodem Spartiano , & Herodiano Severum non Romam , ſed in Gallias tunc iviſſe , & victo in Galliis Albino , Romam ſtatim profectum eſſe . Vtrumque igitur numiſma , tum illud adlatum in ſuperiore Tab. LI. num. III. tum hoc exhibitum in Tab LII. num. I. a Severo editos cenſeo quum Romae eſſet , in memoriam victoriae , quam de Albino retulit , quae ei quietem & gloriam peperit longe maximam . Erit aliquis qui haec numiſmata referat ad ea quae Severus geſſit circa Arabiam , Parthis etiam in deditionem redactis , nec non etiam Adiabenis , qui quidem omnes cum Peſcennio conſenſerant . Verum quum Herodianus poſt devictum Albinum , & poſt moram Romae factam , memoret Severum Orienti bellum molitum eſſe , & expeditionem feciſſe in Armenios , Atrenos , Oſdroënos , & Arabes ; priores eius conatus potius inter excurſiones , quam inter victorias memoratu dignas cenſendi ſunt , ut obſervat doctiſſimus Bonarrotius (3) . Nec ſine aliqua ratione in his numis non ſcribitur *Parthicus* , *Arabicus* , *Adiabenicus* (4) . Ne longior ſim , quam par eſt , Herodiani elogium de Severo adtexam (5) , quod ita interpretatus eſt doctiſſimus noſter Politianus , & mirifice haec numiſmata , cauſamque eorum dedicationis illuſtrat . *Direpta mox , incenſaque Lugdunum , & Albino caput abſciſſum , perlatumque ad Severum eſt . Ita duo maxima excitata tropaea ad Orientem ac Septemtriones ; ſic ut nihil ſit , quod cum Severi contentionibus , aut victoriis conferas ; ſive copiarum multitudinem , ſive nationum motus , ſive numerum pugnarum , ſive itinerum longitudinem , celeritatemque conſideres . Nam Caeſaris quidem res adverſus Pompeium , Romano utrimque milite , magnae profecto fuerunt . Item Auguſti adverſus Antonium , aut Pompeii liberos : & quae antea a Sulla , Marioque , civilibus , externiſque praeliis geſta ſunt . Sed qui unus vir tres Imperatores , rerum iam potitos* ,

(1) In Crit. Hiſt. Chronol. in Annales Baronii num. V. pag. 187. ad eumdem annum .

(2) Pag. 270. 271. qui huc refert Numiſmata Severi cum epigraphe ADVENTVS AVG.

(3) In Numiſm. Carpinea max. mod. Tab. VIII. num. I. pag. 148.

(4) Vide Spartianum in Severo Cap. IX.

(5) Lib. III. Cap. VII.

titos ſuſtulerit : qui urbanos exercitus , Romam ipſam , ac Palatium obtinentes , aſtu circumvenerit : quique unum e principibus in ipſa Palatina aula curaverit occidendum : alterumque iterum in Oriente rurſus gubernacula rerum tenentem , adpellatumque a Romanis Imperatorem : tertium porro (nempe Albinum) *Caeſaris honore , atque auctoritate praeditum , in poteſtatem redegerit , haud facile alter invenietur* . Tot ac tam illuſtribus victoriis clarus cum in numis (1) , tum in vetuſtis aris ei dedicatis (2) , adpellatus eſt PACATOR ORBIS. RESTITVTOR PACIS. FVNDATOR IMPERII. & PROPAGATOR IMPERII ROMANI. Vaillantius cenſet Severi profectionem contra Albinum tunc incidiſſe quum Severus titulum Imperatoris VIIII. obtinebat , & ita ſcribit (3) ad numum cum epigraphe : L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIIII. -- PROFECTIO AVG. paullo vero ante haec ſcripſerat , aureum numum illuſtrans , Severum , devicto Albino occiſoque , dictum eſſe IMP. VIIII. Sed huiuſmodi titulus datus videtur Severo ob alteram in Orientem expeditionem , poſtquam Romam reverſus eſt interemto Albino , & , ſi mavis , obſeſſa oppugnataque in Armenia Atrenorum urbe , de qua adcuratiſſime ſcribit Herodianus (4). Mediobarbus deſcribit Severi numum (5) , cuius antica pars ita exarata : L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII. (in aliis ſcriptum L. SEPT. cum titulis IX. & X.) poſtica vero habet ADVENTVI AVG. FELICISSIMO. cum figura equeſtri habitu Pacificatoris : quem numum refert ad reditum Severi ex Gallia poſt devictum Albinum ; ſed ille habitus non convenit Severo intranti Romam , quem Herodianus tradit (6) , exercitum omnem ſecum adduxiſſe , quo terribilior videretur . Igitur & hunc numum conſecuta tempora reſpicere facilius crediderim , ſi meis coniecturis faveat doctorum hominum iudicium , qui rem facient utiliſſimam , nobiſque gratiſſimam , ſi adcuratius Imperatoris titulos , quos in ſuis numis notavit Severus , adſignatis certis temporibus , in meliorem ordinem redigent .

(1) V. apud Com. Mediobarbum in Severo pag. 273. & 274.
(2) In Gruteri Theſauro pag. LVI. 5. uti altera ſimilis legitur p. CCLXII. 9. item pag. CCLXVI. 3.
(3) Numiſmat. praeſtantior. Imperatorum Romanor. Tom. II. pag. 237. & pag. 228.
(4) Lib. III. Cap. IX.
(5) Pag. 271.
(6) Lib. III. Cap. VIII.

C L X.

A. *Imperator laureato capite , & pectore lorica armato .*

E. ΑΥΤ ΚΑΙ Λ СЄΠΤ СЄΤΗΡΟС ΠЄΡ СЄΒ . Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σευηρὸς Περτίναξ Σεβαςὸς . *h. e.* Imperator Caefar Lucius Septimius Severus Pertinax Auguftus . *In area dextrorfum* Π ; *finiftrorfum deletum alterum* Π *cernitur .*

P. *Laurea corona fex radiis ornata .*

E. *In extimo circulo :* ΑΔΡ. СЄΤ. ΤΑΡ. Μ. Η. Γ. Β. *Poft* ΤΑΡ. *in medio :* ЄΝ ΚΟΔΡΙЄΙ *: fub his* ΓΑΙC . *Intra coronam :* СЄΤΗΡЄΙΑ. ΟΛΤΜΠΙΑ ЄΠΙΝЄΙΚΙΑ . *infra eamdem coronam* ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ . *Hoc eft :* Hadrianae Severianae Tarfi Metropoleos Decreto Senatus Severia , *five* Severiana , Olympia Epinicia , *feu* Victricia in finibus Cilicum .

Ex aere flavo . Pond. S. xx. G. x.

T. LIV. *n. I.* DEbellato imperii aemulo Nigro , certarunt , ut diximus , nobiliffimae Orientis urbes , ut victorem ftrenuiffimum Severum , editis in eius honorem facris , feftis , ludis ac pompis , fibi maxime demererentur . Conftat , numorum hiftoria tefte [ne quid dicam de ceteris urbibus , quorum numifmata recenfentur (1) a Vaillantio] in his honoribus , fplendidiffima liberalitate editis , immortalem nominis gloriam obtinuiffe Perinthios , qui praeter ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ , *Actia Pythia Philadelphia* pro fraterno amore & concordia filiorum eius , СЄΤΗΡЄΙΑ ΠΡΩΤΑ , *Severia prima* feliciffime celebrarunt , ex eiufdem Imperatoris nomine ita adpellata : quae etiam publico aere , ut tam infignis victoriae memoria ad pofteros effet fempiterna , confignarunt . Nec minorem magnificentiae fuae laudem erga meritiffimum Imperatorem confecuti funt alii populi , atque inter hos Cyziceni , quorum numum paullo poft illuftrabimus , & Nicomedienfes , qui , ut eorum numifmata teftantur , facra certamina edidere , quae propter dignitatem ac fplendorem СЄΤΗΡЄΙΑ ΜЄΓΑΛΑ , *Severia* feu *Severiana Magna* nominarunt (2) : His accedunt Sardiani , & Smyrnenfes , qui templa , ludos , & fefta ei dedicarunt : Tarfenfes , qui metropolim fuam , Ciliciae celeberrimam , non folum *Severianam* ex eiufdem Imperatoris nomine dixerunt ; verum etiam nobiliffimis propofitis praemiis , le-

(1) Numifm. Imperat. & Auguft. Graece loquent. pag. 79. (2) Vide Vaillantium ibidem .

lebetibus nempe , ſeu hydriis cum palmis , & radiata corona , ut ex eorum numis diſcimus , gemmis undique ornata ac diſtincta , certamina honorificentiſſima , nempe ϹΕΤΗΡΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ : *Severia* , ſeu *Severiana Olympia Epinicia* , hoc eſt *Victricia* , ad perennem tantae victoriae recordationem , inſtituerunt . Sacra haec certamina in tribus numis memorantur , nempe in illo , e regio Theſauro Chriſtianiſſimi Galliarum Regis depromto , ac primum edito ab Andrea Morellio (1) : mox a magno Spanhemio epiſtolari diſſertatione luculentiſſime explicato ; in altero etiam , quem deſcripſit Vaillantius (2) , & in ſuo Muſeo adſervari teſtatus eſt ; ſed eius ſchema nec ipſe , nec alii , quod ſciam , pervulgarunt : demum in hoc Mediceo , qui nunc primum in lucem prodit . Sed antequam de Mediceo hoc numiſmate perbreves obſervationes adferam , lubet tres hoſce numos deſcribere , ut conlatis inſcriptionibus videamus quibus in locis inter ſe differant . Numus maximae formae e regia Gaza Gallorum Regum in lucem traditus , in antica parte praefert pro typo lebetem ornatiſſimum abſque palmis . Epigraphe , quae in ambitu legitur , ita ſe habet : ΑΔΡ ϹΕΤΗΡΙΑΝΕϹ ΕΝ ΚΟ:::Ρ:: [ſub his litteris ΕΝ ΚΟ:::Ρ:: [ſequitur ΓΕϹ] nectendum cum ſuperioribus , ut dicat ΕΝ ΚΟΔΡΙΓΕϹ] ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ; notandum tamen ſcriptum ΟΛΕΩϹ minoribus litteris , & ſubiectum eſſe ſub ΜΗΤΡΟΠ cum quibus iungendae ſunt , ut habeamus ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ . Supra os vaſis ſeu lebetis ſcriptum ϹΕΤΗΡΕΙΑ : in faſcia vero corporis eiuſdem lebetis ſcriptum ΟΛΥΜΠΙΑ : ſub ipſo lebete haec ſubiecta epigraphe ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ ΩΡΟΙϹ ΚΙΛΙΚΩΝ . In area duae litterae adparent Γ Β . Hunc numum , ut diximus , explicavit Spanhemius in epiſtola quincta ad Andream Morellium (3) , quam nuper rurſus in lucem protulit Cl. Liebeus , & eſt apud eumdem tertia (4) . Hunc ipſum numum Regii Theſauri deſcripſit Vaillantius (5) , ſed in his variat , notatque ſcriptum ΕΝ ΚΟΔΡΕΙΓΑΙϹ , non vero ΕΝ ΚΟΔΡΙΓΕϹ : nimirum , ut ipſe explicat , *in quadrigis* : quae epigraphe adeo obſcura , multiſque difficultatibus obnoxia viſa eſt magno viro Spanhemio , qui dimidiatam obſervavit, ΕΝ ΚΟΔΡΙ, & ſeorſim ΓΕϹ, ut ingenue faſſus ſit in ea explicanda haerere ſibi aquam : adeoque nil eam obſcuram vocem [adde etiam id ipſum adfirmaſſe in ſecundis

(1) In Specim. rei num. ant. pag. 267. edit. Lipſien. a 1695.
(2) Loco ſuperius citato pag. 88.
(3) Ibidem , ut adnotavimus .
(4) In Gotha Nummar. Theſ. Frideric. pag. 320. quem etiam vide paullo inferius pag. 533. & 534.
(5) Ibidem .

dis curis] ſuppeditaſſe in quo quidem adquieſceret : ſubſpicarique ſe aliquando teſtatus eſt, tranſpoſitam eſſe ſeu confuſam monetarii, ut ſubinde in antiquis id genus numis contigit, culpa, litterarum ſedem, ut proinde pro ΕΝ ΚΟΔΡΙ & infra ΓΕC legi ibidem ſeu ſculpi debuerit ΝΕΟΚΟΡ. ΔΙC. Vides, optime lector, quae tenebrae nobis offundantur, dum Morellius vir diligentiſſimus ac peritiſſimus exſcripſit ΕΝ ΚΟΔΡΙΓΕC, obfuſcatis ac paene deletis duabus litteris, nempe Δ & Ι. Vaillantius vero ſcriptum obſervavit ΕΝ ΚΟΔΡΙΓΑΙC & ΟΡΟΙC, non ΩΡΟΙC. Praeterea non integram vocem ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. ſed tantum ΜΗΤΡΟΠ. expreſſit. Illud in votis habeo quammaxime, ut de vera genuinaque huiuſce numiſmatis ſcriptura vir aliquis eruditiſſimus, quorum Gallia fecunda mater & altrix eſt, nos certiores faciat. Gradum nunc facio ad alterum numum deſcribendum, quem in ſuis Cimeliis exſtare teſtatur idem Vaillantius, cuius epigraphe ita, eo teſte, ſe habet : CΕΤΗΡΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. In ambitu : ΑΔΡ. CΕΒ. ΤΑΡ. ΕΝ ΚΟΔΡΕΙ : infra ΓΑΙC. ΑΜΚ. ΓΒ. In corona : ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ. Poſtea haec ſubiungit : „ Vocum Α. Μ. Κ. Γ. Β. tres primae litterae „ interpretantur vulgo : *Prima Metropolis Ciliciae* : alii : *Prima* „ *Maioris Ciliciae* : alii : *Prima Maxima Cilicum* : alii vero : „ Πρώτης Μόνης Κιλικῶν. Duae aliae : Γ. Β. Γράμματι Βουλῆς : *De-* „ *creto Senatus*. Certamina illa Olympia Victricia per quadrigas „ celebrari denotat numus. „ Inter ſelectiora numiſmata in aere maximi moduli, quae idem doctiſſimus Vaillantius protulit e Muſeo illuſtris Abbatis de Camps (1), primum quod occurrit in Tab. LIX. in honorem Severi cuſum a Tarſenſibus, typum habet Victoriae, quae ſtans in quadriiugo curru, dextra coronam oſtentat cum hac epigraphe, in qua eadem ſingularia Α. Μ. Κ. leguntur. ΑΔΡΙΑΝΗC. CΕΥΗΡΙΑΝΗC. ΤΑΡCΟΥ. Α. Μ. Κ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. In area Γ. Β. Memorandus eſt alter fere ſimilis inſignis numus Tarſenſium maximae formae, qui in regia Gaza Pariſiis adſervatur (2), in quo eadem ſingularia Π Π in area circa caput Severi radiatum ſcriptum eſt ; cum epigraphe ΑΥΤ. ΚΑ. CΕΠΤ CΕΥΗΡΟC ΠΕΡ CΕΒ. in poſtica vero ſculptus eſt quadriigus currus, quem agitat Victoria palmam gerens : quo emblemate forſitan deſignantur certamina pro fauſtiſſima de Nigro reportata victoria, a Tarſenſibus celebrata cum quadrigis : eiuſque epigraphe ita ſe habet :

ΑΔΡ

(1) Vide eius explicat. pag. 59. Sed interpretandum erat : *Primae Metropolis Ciliciae* : ſeu *Primae Maioris*, ſeu *Magnae Ciliciae* : ſeu : *Primae Maximae*, ſeu *Primae Metropolis Ciliciae*.

(2) Vide Tab. XVII.

ΑΔΡ. CΕΤΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕωC: *Hadrianae Severianae Tarsis Metropolis*. Sculptae sunt & in hoc numo, ut in Mediceo, in area anticae partis duo Π Π utrimque iuxta caput Imperatoris Septimii Severi, licet in Mediceo alterum Π sinistrorsum deletum sit: quae singulares litterae *Patrem Patriae* eum dictum designant. Superest nunc ut Mediceum numum, eiusque epigraphen expendamus; sed quo magis progredior, eo magis difficultatum tenebrae paene me obruunt. Ita igitur ea se habet: ΑΔΡ CΕΥ ΤΑΡ. ΕΝ ΚΟΔΡΕΙ. infra ΓΑΙC Μ. Η. Γ. Β. in medio radiatae coronae: CΕΥΗΡΕΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. Sub corona inter vittas legitur: ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ. Primum mihi non leves scrupuli suborti sunt, quum coronam in hoc numo expressam observarem. Ea laurea est, & facile subspicari possumus eius folia ex aureis bracteis confecta fuisse: ceterum in regio Galliarum numismate in honorem Commodi cuso ab iisdem Tarsensibus, quod adfert praelaudatus Morellius (1) e Thesauro Regio, eadem radiata corona non e lauri foliis composita est, sed solida videtur, perpulcro opere elaborata, ut forsitan coniicere aliquis possit gemmis ornatam ac distinctam fuisse. Praeterea non sex radiis, ut in Mediceo numismate, sed septem nobilitatur, quorum quatuor in acumen desinunt, reliqui vero tres intorti abeunt, & quasi flammas quasdam imitantur. Quid vero significent illae litterae Μ. Η. ut ingenue fatear, prorsus ignoro: errasse subspicor monetarium, qui quum facere deberet, vel vellet ΜΗ. nimirum ut indicaretur Tarsus *Metropolis*, per errorem punctum inter Μ & Η perperam interposuit. Descripsit hunc Mediceum numum, deque eodem differuit, Spanhemius in epistola, ut diximus, ad Morellium; easque litteras Μ. Η. ita scriptas adnotavit: ipsum vero archetypum numquam vidit, sed tantum descriptum observavit in sylloge, quam, ut ipse fatetur, nactus est ab Illustrissimo Comite Duglassio, qui iam Thesauros Mediceos adcurate perlustraverat, & descripserat (2).

His difficultatibus aliae adcedunt: nempe quod utriusque faciei numismatis opificium νόθον aposphragisma exhibet; neque illud probant viri aliquot rei antiquariae peritissimi, quorum auctoritate pendere iudicium hoc meum volui, qui ob id perquamdiligenter hoc ipsum numisma mecum observarunt. Adcedit eius

(1) Ad calcem sui Speciminis Tab. XII.

(2) Vide ibidem in eadem epistola pag. 306. & 309.

eius pondus nec aequum , nec conveniens . Neque cum typo aliorum numiſmatum congruit corona , quae laurea ſimul eſt & radiata : quum in aliis coronae laureae aut quernae minime radiis ornentur ; ſed quae occurrit radiata corona , ut in numiſmate in honorem Commodi Auguſti cuſo apud Morellium in Tab. XII. & in numo Severi , quem paullo ante deſcripſimus , ea ſolida eſt [facile ex auro vel argento fuit perpulcro opere ſculpta] neque foliis conſtat : quare hinc ſubſpicio mihi oborta eſt hunc numum expreſſum fuiſſe e typo alterius numi maximae formae , cuſo in honorem Severi , & filiorum eius (1) ; cuius emblema eſt querna corona , cum litteris in medio , quas cum aliis , quae in ambitu cernuntur , in hanc epigraphen reformatas fuiſſe , radiis adiectis , facile crediderim . In deſcribendo Mediceo numiſmate erraſſe potius credam typographum (quod mendum non vidiſſe , nec adnotaſſe miror Cl. Liebeum) quam laudatos egregios viros Duglaſſium , Fittonium , & Spanhemium , qui adfirmarunt ſcriptum eſſe in medio eius : CΕΤΗΡϹΙΑ ΟΛΤΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ : ſupra ΠΑΙϹ , infra ſimiliter : ΟΡΟΙϹ ΚΙΛΙΚΩΝ : circum autem : ΑΔΡ. CΕΤ. ΤΑΡ. ΕΝΚΟΔΡΕΙ Μ. Η. Γ. Β. quum luce clarius hic numus , qui hodie oſtenditur , ſcriptum praeferat ϵΝ ΚΟΔΡϵΙ , & infra ΓΑΙϹ , non vero ΠΑΙϹ . Neque hanc culpam adſcribam doctis viris Duglaſſio , & Fittonio , de quorum fide & diligentia minime audeam dubitare , quum peritiſſimi antiquitatis fuerint , & Fittonius diuturno ſtudio pertractarit Medicea omnia numiſmata , & in ordinem digeſſerit . Non levi igitur ſubſpicione impellor ut credam ab aliquo vaferrimo homine , ſtudioſo tamen harum deliciarum eruditae antiquitatis , genuinum illud numiſma cum hoc clanculum commutatum fuiſſe dum non ſemel Mediceae Gazae numos hoſce perluſtrabat : qua in re mira dexteritate , & arte uſum fuiſſe coniicerem . Id dictum volui , quia me unice tenet veritatis indagandae amor & ſtudium . Hac de re optime perſpectum cenſeo maximae formae Numiſmatis , ex Albano Cimeliarchio nuper in Vaticanum translatis , auſpice ac favente Summo Pontifice Clemente XII. munificentiſſimo Principe , atque immortali laude digniſſimo : quin etiam ante me optime iiſdem perſpectum fuiſſe teſtatus eſt Illuſtriſſimus Scipio Marchio Maffeius , qui ea in perforatis tabulis inclu-

ſa

(1) Vide Cimeliarch. Chriſtianiſſimi Galliar. Regis Tab. XVII.

ſa verſatilia reddita Romae vidit, laudavit, atque probavit (1); nam cum ſuperne, tum inferne in craſſitie leviter perforata ſint, axiculis quibuſdam [Italice *perni*] tam belle ſubſtinentur, ut quoquo verſus mobilia ac verſatilia ſint, & accepta tabula in manibus a doctis hominibus ſtudii cauſa facile obſervari poſſint: ſiquidem ſingula numiſmata inanem ſuum orbiculum implent in perforatis tabulis; adeoque ex his nullo modo niſi effractis, avelli diſtrahique poſſunt. Iam antequam ea numiſmata ita axiculis ſuſpenderentur, eorumdem pondus, diligenti lance adhibita, peraccurate adnotatum fuiſſe conſtat. Hiſce igitur auro contra pretioſiſſimis monumentis, quorum maxima auctoritate Hiſtoria univerſa fulcitur, & in rebus difficillimis ſummique momenti illuſtratur; utinam iamdudum ubique gentium tam utili ac laudabili invento conſultum eſſet! Huius auctor fuit Praeſul clariſſimus Ioannes Bottarius, eidem Vaticanae Bibliothecae Praefectus, qui in poſterum ab omni fraude ac periculo immunia reddidit praeſtantiſſima haec Cimelia, & in ſinu perpetuae ſecuritatis conlocavit.

Nihil moror in explicatione horum inſignium numiſmatum, quum egregiam hanc ſpartam occuparit ὁ πάνυ Spanhemius, qui cenſet a Tarſenſibus cuſa fuiſſe in honorem Severi in memoriam victoriae, quam de Peſcennio Nigro per duces ſuos reportavit in Cilicum finibus, ad Iſſicum nempe ſinum, ubi olim fuſus ab Alexandro Darius, & quidem ad locum propter anguſtias, *Cilicias Pylas*, ſeu *Portas* dictum, relatam: cuius loci praeter Herodianum (2), meminit Dio (3), & adpoſite omnino ad hos numos deſcribitur a Strabone (4), qui ait: Καὶ αἱ πύλαι λεγόμεναι, ΟΡΙΟΝ ΚΙΛΙΚΩΝ τε καὶ Σύρων: *& quae Portae dicuntur* LIMES CILICVM *atque Syrorum*. Minime igitur dubitandum eſt hunc numum a Tarſenſibus cuſum eſſe in Severi honorem, neque alia occaſione ab iiſdem inſtituta fuiſſe *Olympia Severia*, eaque ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ, niſi ob inſignem illam victoriam a ſuis ducibus de Nigro reportatam; quum locus, in quo ea contigit, in hoc numiſmate memoretur, nempe ΟΡΟΙϹ ΚΙΛΙΚΩΝ *in finibus Ciliciae*; cuius haec urbs prima fuit Metropolis. Ob hanc tamen victoriam, ut auctor eſt Spartianus (5), *triumphum reſpuit, ne videretur civili triumphare victoria*.

 Non

(1) Tom. VI. *Oſſervaz. Letterar.* Artic. V. pag. 285.
(2) Lib. III. Cap. III. & IV.
(3) Lib. LXXIV. pag. 843.
(4) Geograph. Lib. XIV. pag. 676.
(5) Cap. IX.

Non pauca notatu digna in explanatione huius numi, quem Spanhemius laudavit & illuſtravit, adfert eruditiſſimus Chriſtianus Sigiſmundus Liebeus, ubi Tarſenſium numiſma ex aere maximo, Severo dedicatum, illuſtrat (1) e Theſauro Fridericiano depromtum, in quo ſculpta Victoria cum palma, quadrigam agitans: quae hoc loci minime praetereunda eſſe cenſui. Ita igitur ſcribit: *Dubitari non poteſt, quin numo hoc reſpiciatur ad victoriam, qua Severi copiae, cum Peſcennio Nigro ad Pylas Cilicias congreſsae* (2), *ſuperiores diſceſſerunt, & cuius cauſa Tarſenſes* ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ *celebraſſe patet e numiſmate Severi ab iiſdem cuſo, cuius in averſa parte urna cum inſcriptione*. ΑΔΡ. CΕΤΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΕΝ ΚΟΔΡΕΙΓΑΙC CΕΥΗΡΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ. *h e.* Hadrianae Severianae Metropoleos in quadrigis Severiana Olympia Victricia intra terminos Ciliciae, *ut vertit Vaillantius* (3), *vel ut alibi idem poſtrema reddit:* Severea Epinicia ad fines Cilicum. *Numus hic pridem ex regia Gallorum gaza vulgatus proſtat in Spanhemianis ad Morellium epiſtolis* (4), *cui poſtea ſimilem ex penu ſua una cum eodem deſcripſit Vaillantius* (5), *docuitque legi in averſa parte:* CΕΥΗΡΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. *In ambitu:* ΑΔΡ. CΕΒ. ΤΑΡ. ΕΝ ΚΟΔΡΕΙ*: infra:* ΓΑΙC ΑΜΚ Γ. Β. *In corona:* ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ. *De quibus quidem numis qui legerit, quae Ill. Spanhemius ad prioris illuſtrationem congeſſit, viri ſummi ingenium & eruditionem iure meritoque ſuſpiciet, nec vitio ei vertet, quod lectionem veram litterarum* ΕΝ ΚΟΔΡΕΙΓΑΙC, *pro quibus in Morelliano ectipo fuerat* ΕΝ ΚΟΔΡΙΓΕC, *adſequi non potuit. Duo tamen in iiſdem numis uberiorem explanationem requirere videntur. Alterum eſt, quid ſibi velint verba:* ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ. *Ill. Spanhemius* (6) *ea refert ad vocem* ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ, *vertitque* Epinicia [*ſeu in victoriae memoriam*] in finibus Cilicum: *putatque reſpici* ad Cilicias Pylas, ſeu Portas, *ad quas victoriam de Peſcennio Nigro Severi duces retuliſſe Dio teſtatur* (7). *Spanhemium ſequitur Vaillantius* (8), *qui* „ *ad* „ *Olympia, inquit, certamina videtur ſpectare numus, quae in Se-* „ *veri honorem ideo* Severea, *& victoriam, quam reportavit de* „ *Peſcennio, unde Epinicia, ad Cilicias Portas, ideo* ὅροις Κιλίκων, „ in finibus Cilicum, *quaſi aliud trophaeum, quum eodem loco Alexan-*

(1) De numis max. mod. Cap. XI. §. XVI. pag. 376. 377.
(2) Dio Lib. XXXI. p. 843.
(3) Numiſm. Graec. p. 88. conf. p. 334.
(4) Spanh. Ep. ad Morell. V. ſubiecta Specimini univerſ. rei num. p. 267.
(5) L. c.
(6) L. c. p. 300.
(7) Lib. LXXIV. p. 843.
(8) L. c. p. 352.

„ *xander Darium viciſſet* .. „ *Ex quibus poſtrema verba* , *nonnihil impedita & hiulca* , *ut fluere fere impura ſolet viri* , *ceteroqui doctiſſimi* , *oratio* , *alibi clarius ita effert* (1) : „ *Quaſi eſſet Alexander* , „ *qui Darium vicerat* , *locum eundem* , *ubi Peſcennium fugavit* , „ *exprimere voluit* : ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ ΟΡΟΙϹ ΚΙΛΙΚΩΝ . „ *Quam interpretationem* , *quae neſcio quid contorti habet* , *& exemplis deſtituitur* , *non miror diſplicuiſſe Cl. Harduino* , *qui* ΟΡΟΙϹ ΚΙΛΙΚΩΝ , *vertit* legibus Cilicum , *ut ſenſus ſit* , *certamina illa peculiaribus Cilicum legibus peracta eſſe* . *Sed annon &* ΣΕΥΗΡΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ ΟΡΟΙϹ ΚΙΛΙΚΩΝ *dici ſimpliciter potuere* , *Certamina Severiana Olympia Epinicia in finibus Cilicum celebrata* , *voce* ΟΡΟΙϹ *ſenſu latiori accepta* , *quo quicquid in Cilicia geſtum eſt* , *in finibus eorum geſtum dicitur* ? *Nam ſi verbis illis reſpiceretur ad locum* , *in quo* , *fuſo Nigro* , *victoriam Severiani reportarunt* , *cur voce* ΠΥΛΑΙϹ *illi propria Tarſenſes ſeſe abſtinuiſſent* , *alia ambigua ei ſubſtituta* , *qua & alii fines Ciliciae* , *quam ad quos pugna inter Nigri & Severi copias commiſſa eſt* , *intelligi poſſunt* ? *Firmat hanc interpretationem numus Auguſti e Muſeo Franciſci Gottofredi* , *quem laudat Vaillantius* (2) , *in quo* ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ , *& in frontiſpicio templi* : ΟΡΕΟΙΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ , *pro quo Ill. Spanhemius reponit* (3) : ΟΡΟΙΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ , *quod reddendum* : Tarſi Metropoleos , *non* Montanis Ciliciae , *cum Vaillantio* ; *ſed* in finibus Ciliciae , *ut idem ille obſervat* . *Alterum eorum* , *quod maiori luce in his numiſmatum inſcriptionibus indigere puto* , *ſunt litterae* : ΕΝ ΚΟΔΡΕΙΓΑΙϹ , *quae* , *cur additae ſint* , *haud immerito quaerit Vaillantius* (4) , *putatque indicari* , *Severum ipſum quadrigis victorem evaſiſſe* . *Sed unde conſtat* , *ipſum his ludis interfuiſſe Severum* ? *An igitur forte ratio* , *quod* , *Dione teſte* (5) , *ſub Imperatoribus equeſtria certamina* , *idque ex conſilio Maecenatis* , *vulgo haud licuit* , *niſi Romae inſtituere* . Ἐχέτωσαν , *inquit ille apud Dionem* (6) , πανεγύρεις καὶ θεωρίας τινὰς χωρὶς τῆς ἱπποδρομίας τῆς παῤ ἡμῖν ποιȣμένης , *h. e.* Ludos & ſpectacula quaedam habeant , excepto noſtro equeſtri certamine . *Et paullo inferius* : Τὰς ἱπποδρομίας , τὰς ἄνευ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἐπιτελȣμένας ȣ̓χ ἡγȣ̃μαι δεῖν ἄλλῃ τινὶ πόλει ποιεῖν ἐπιτρέπειν· Ὅπως μήτε χρήματα παμπληθῆ εἰκῆ παραπολλύηται , μήθ᾽ οἱ ἄνθρωποι κακῶς ἐκμαίνωνται , καὶ τὸ μέγιςον , ἵνα οἱ ςρατευόμενοι τοῖς ἀρίςοις ἵπποις ἀφθόνως χρῆσθαι ἔχωσι .

(1) L. c. p. 340.
(2) Num. Gr. p. 6.
(3) T. I. p. 590.
(4) Lib. c. p. 340.
(5) Lib. II. c. 29.
(6) Lib. LII. p. 485.

Τȣ̃το μέν δὴ διὰ ταῦτα ἀπαγορεύω παντάπασι μηδαμόθι ἄλλοθι , πλὴν ἐνταῦθα γίγνεσθαι . *h. e.* Ludos equeſtres , qui ſine gymnicis certaminibus fiunt , [*pro certaminibus mallet Faber , voce ἀντὶ pro ἄνευ reſcripta* (1)] nulli alii urbi exhibendos cenſeo , ne vel multae pecuniae abs re inſumantur , vel homines ad malum furorem exagitentur , ac praecipue ideo , ut militantibus copia optimorum equorum ſufficiat . Hi itaque ludi non alibi , quam Romae edi debent . *Hinc facultatem eorum celebrandorum peculiari indultu nacti Tarſenſes , quibus numis celebrata a ſe Severia Olympia Epinicia teſtantur , iiſdem forte declarant , praeter morem quadrigis ea ſe peregiſſe .*

In eo quoque numo , quem protulit Cl. Liebeus , Septimius Severus Π. Π. *h. e.* Πατὴρ Πατρίδος , *Pater Patriae* adpellatur , & numus Γράμματι Βουλῆς , h. e. *Decreto Senatus* percuſſus declaratur . Singularia Γ. Β. ita Liebeus explicat , & fere omnes Antiquarii : ſed ea interpretatio , cui eruditus Orbis poſt Cardinalem Noriſium adſenſus eſt , amplectenda prorſus videtur , quam protulit vir doctiſſimus Toinardus Aurelianenſis (2) , qui primo Γράμματι Βουλῆς interpretatus erat ; deinde hanc interpretationem ex Oratione Demoſthenis περὶ Στεφάνου caſtigavit , in qua legenda eo idiomate quo ſcripta eſt , Γνώμῃ Βουλῆς *Decreto Senatus* , ipſi occaſionem praebuit rei adſequendae .

A. *Im-*

(1) Agoniſt. Lib. II. c. 29. T. VIII. Antiqu. Graec. p. 2068. (2) Haec ex Auctore Vindiciarum pro IV. Gordianis pag. 17

CLXI.

A. *Imperator laurea & paludamento insignis.*

E. ΑΥ Κ Λ CΕΠΤΙ CΕΥΗΡΟC ΠΕ. ΑΥτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος CΕΠΤΙμιος CΕΥΗΡΟC ΠΕρτίναξ. *h. e.* Imperator Caesar Lucius Septimius Severus Pertinax.

P. *Hercules leonem suffocans.*

E. *Epigraphe fugit.*

Ex aere. Pond. S. XXIII. G. X.

NVmismata, quae proferimus, cusa sunt a clarissimis Orientis urbibus in honorem Severi, tum ob insignia ab eo accepta beneficia, & privilegia, ob auctam dignitatem ac potentiam, tum etiam potissimum ob insignes victorias, quibus strenue superato Nigro, & mox Albino, Romano imperio iam potitus, nomen suum longe lateque summa cum gloria propagavit. Perinthii (ad quos facile crediderim hunc numum pertinere, quamquam eorum nomen quae fugerunt litterae, non satis perspicue exhibeant, sublucent tamen, adeoque scriptum censuimus ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ .....) maximis beneficiis a Severo adfecti sunt, quod eius partes ab initio tenuerint. Siquidem Severus educens exercitum suum contra Nigrum, milites misit, qui Byzantium expugnarent, clausam adhuc, receptis Nigri ducibus. Capta fame ea urbe nobilissima (anno nimirum V. C. DCCCCXLVII. Christi CXCIV. ut ostendit Pagius (1)) eversis eius magnificis moenibus, quae spectaculo erant, diruto theatro, thermis, omnique cultu & gloria spoliata, libertatem quoque ei abstulit, dignitate privavit, fecitque tributariam, bonis civium publicatis. Praeterea eam in vici formam redegit, omnemque regionem, quae sub potestate eiusdem urbis erat, Perinthiis concessit: quod diserte testantur Dio (2), & Herodianus (3). Tunc Severus pecuniae magna vi curavit ut instaurarentur, reficerenturque urbes, quas Nigriani milites devastaverant. Capta est triennali obsidione Byzantium post interitum Nigri, qui contigit anno V. C. DCCCCXLVII. Christi CXCIV. proindeque credibile est eodem anno hoc numisma Perinthios Severo dedicavisse. T. LII. n. II.

Cernitur in aliis numis eorumdem Populorum, quos Vaillan-

(1) Tom. I. Crit. Hist. Chronol. in Annal. Baronii pag. 184. ad eumdem annum.

(2) Lib. LXXIV. pag. mihi 847.

(3) Lib. III. Cap. VI.

lantius (1) & Harduinus (2) defcribunt & illuftrant, quemadmodum etiam in Mediceo hoc, quod exhibetur in Tab. LIII. n. III. fculptus Hercules, quem iidem Perinthii fumma religione coluerunt, utpote urbis fuae conditorem, uti eorum numifmata teftantur (3), & oftendit Ammianus (4). Eadem poftmodum Herculea adpellata eft: de qua multa notatu digna profert Cl. Bonarrotius (5). Perinthii facti funt fub Severo Neocori, ad eofque fe contuliffe femel iterumque Severum, ex infigni numo, qui in Mediceis Cimeliis adfervatur, & ab Holftenio laudatur (6), colligit Harduinus (7); cuius haec epigraphe: ЄΠΙΔΗΜΙΑ B. CЄΤΗΡΟΥ ΠЄΡΙΝΘΙΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. *Adventus secundus Severi Perinthiis Neocoris*. Certamina facra quoque magno honore & fumtu, Perinthii in gratiam Severi & filiorum eius celebrarunt, uti declarant eorum numifmata, quae mox fequuntur.

CLXII.

A. *Imperator laurea ornatus, pectore thorace munito, in cuius medio Gorgonis caput.*

E. AT......... CЄΤΗΡΟC Π........

P. *Mulier ftans turrito capite, templum utraque manu fubftinet.*

E. ....ΑΔЄΛΦЄΙΑ ΠЄΡΙΝΘΙΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. *In area dextrorfum* AKTI *finiftrorfum* ΠΥΘ. *h. e.* Actia Pythia Philadelphia Perinthiorum Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. v. G. v.

T. LIII. n. 2. LItterae, quae temporis vitio, vix modo leguntur in utraque facie huius numifmatis, ex aliis, quae fequuntur Perinthiorum numis, facili negotio fupplentur. In adverfa: AT K Λ CЄΠΤΙ (vel ut in aliis CЄΠΤ) CЄΤΗΡΟC ΠЄ. nimirum Περτίναξ: in aliis vero ubi Π dumtaxat fculpta, P. Harduinus legit Πῖος *Pius* (8). In averfa: ΦΙΛΑΔЄΛΦЄΙΑ &c. In fequenti Mediceo numo ludorum nomina integre ita fcripta: AKTIA. ΠΥΘΙΑ. quae in hoc dimidiata leguntur: AKTI ΠΥΘ. Mulierem illam ftolatam, quae templa fubftinet utraque manu, Concordiam effe cenfet magnus Spanhemius (9), qui hunc praeclarum numum egregie

(1) Numifm. Imperat. Popul. Graec. pag. 86.
(2) In num. popul. & urb. illuftr. 396. & 397.
(3) Vide Bonarrotium in Numifm. Carp. Tab. VIIII. n. 4. pag. 182. & 183.
(4) Lib. XXII.
(5) Ibidem.
(6) Vid. not. & caftig. in Stephanum Byz. de Vrb. pag. 251.
(7) Ibidem.
(8) In num. ant. Popul. illuftr. pag. 396.
(9) In Epift. III. ad Andream Morellium, quam adcurate emendatam profert Chrift. Sigifm. Liebeus in Gotha Numaria pag. 540.

gie illuſtrat. Idem cenſet etiam Triſtanus (1). Hos viros doctos ita cenſuiſſe arbitror, quia in hoc numo *Actia Pythia* in area, & in gyro ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ adnotantur; nimirum ſacra & agones a Perinthiis celebrati ad concordiam Caeſarum Antonini Caracallae & Getae fratrum, Severi filiorum declarandam, ſive etiam vero a Diis impetrandam. Id liquet a Perinthiis procul dubio factum, qui ſacra certamina & feſta, in eorum honorem inſtituta, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ adpellarunt, quod maxime anxium ſcirent Severum, nilque in votis habere magis, quam ut eamdem concordiam inter hos filios ſuos [inter ſe alias haud parum diſcordes] videret ſtabilitam, uti ab Herodiano memoriae proditum (2), cuius teſtimonium adfert laudatus Spanhemius. Hinc ambo fratres ſculpti ſunt togati in numis, ut in ſequenti Byzantii Tab. LVI. num. II. e Medicea Gaza, qui ad aram ignitam dextras concordiae, fraternique amoris pignora, iungunt. Addit etiam Spanhemius in deſcriptione huius numiſmatis, mulierem illam utraque manu templum, & infra ſiniſtram cornu copiae geſtare: quod quam alienum a veritate ſit, adlatum a nobis ſchema clariſſime oſtendit. Idem typus mulieris ſtolatae ſtantis, & utraque manu templum ſubſtinentis occurrit in numiſmate cuſo in honorem Antonini Caracallae Imperatoris, poſt obitum Getae, eidemque a Perinthiis dicato, quod exſtat in Theſauro Chriſtianiſſimi Galliarum Regis (3), cum epigraphe ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Mediceo a dextris eiuſdem mulieris cernitur ara ignita, encarpis coronata, ad deſignanda ſacrificia pro ſalute, fraternaque eorumdem Principum concordia, ſolemni ritu peracta; ſed copiae cornu in hoc quoque haud obſervatur. Neque Concordiam exprimit ea mulier, uti Triſtano & Spanhemio viſum eſt; ſed ipſam urbem, longe clariſſimam ac celeberrimam, Perinthium, quae caput ob id turribus redimitum habet. In inſigni quoque numo Ancyranorum, in honorem Imperatoris Antonini Caracallae cuſo, occurrit mulier turrita, & monti aut tumulo, ad indicandum Ancyrae ſitum, inſidens, quae dextra lebetem ſeu craterem cum palma in eodem inſerta; ſiniſtra vero templum geſtat, cum hac epigraphe: ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ ΣΩΤΗΡΕΙΑ ΙΣΘ. ΠΥΘΙΑ ΑΝΚΥΡΑΣ. *Aſclepia*, *Soteria*, *Iſthmia*, *Pythia*, *Ancyrae* (4). Eodem corporis & capitis cultu ornatas vidimus in

Com-

(1) Tom. II. pag. 107.
(2) Lib. III. Cap. XIII.
(3) Vide in Tab. XXI.
(4) Hunc numum deſcribit Spanhemius in Epiſt. I. pag. 490.

Commodi numo maximae formae, paullo ſuperius adlato in Tab. LI. num. I. quod inter Medicea Cimelia adſervatur, urbes inclitas, Smyrnas & Cyzicum, quae eumdem Commodum Imperatorem coronant; adeo ut nullo modo dubitandum ſit in hoc non Concordiam, ſed ipſam urbem, uti modo dicebam, Perinthum hac imagine ſculptam; quae eadem quoque ſpecie occurrit in deſcripto Antonini Caracallae numiſmate, in quo ΑΚΤΙΑ ΠΤΘΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ feſta & certamina non adnotantur.

Nil dicam de ludorum Actiorum Pythiorum nomine & origine, de quibus perquamluculenter agit Spanhemius (1). Quemadmodum ſolos Deos honore ſimulacrorum dignos cenſuit antiquitas; poſtmodum vero tranſiit hic honor ab Diis ad hominum ſtatuas atque imagines multis modis, ut obſervat Plinius (2), exceptus a toto terrarum orbe humaniſſima ambitione: ita quoque ſacra certamina, ſolis Diis conſecrari ſolita, & quae ab ipſis nomen acceperunt, ad Reges, ad Principes, ad illuſtres Viros, & maxime omnium ad Romanos Caeſares tranſierunt: quumque in eorum decus & gloriam inſtituerentur, nomen quoque ab ipſis acceperunt. A Perinthiis primum conſtat ex eorum numis in honorem Severi inſtituta ſacra feſta ac certamina, quae *Severia*, ſeu *Severiana* dixerunt, itemque *Actia Pythia Philadelphia*, pro mutua concordia Severi filiorum, Caracallae & Getae fratrum, qui imperii non heredes ſolum, ſed conſortes a patre iam adſumti fuerant. Neque tantum certamina ſplendidiſſima, quae inſtituit ac celebravit Perinthus, *Philadelphia* dixit, ſed ſe quoque *Philadelphiam* adpellari voluit.

Templa duo utraque manu ſubſtinet ea mulier, Perinthum urbem referens; de quibus perpauca, quae poſt Bonarrotium dicenda ſuperſunt, adferam in explicatione ſequentis numiſmatis.

(1) In Epiſt. I. & V. ad Morellium. (2) Hiſtor. Lib. XXXIV. Cap. IV.

CLXIII.

A. *Imperator laurea corona, & thorace cum Gorgonis capite in medio, insignis.*

E. ΑΥ Κ Λ ΣΕΠ ΣΕΥΗΡΟΣ Π. ΑΥτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος ΣΕΠτίμιος ΣΕΥΗΡΟΣ Περτίναξ. *h. e.* Imperator Caesar Lucius Septimius Severus Pertinax.

P. *Duo templa, hisque super duae urnae, & in unaquaque inserta palma.*

E. ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩ::::. *h. e.* Actia Pythia Philadelphia Perinthiorum Neocororum.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. VII. G. II.

NVmorum historia lucem ferente, quemadmodum constat Perinthios non semel, sed complures vices celebrasse in honorem Severi sacra certamina, quae ex eius nomine ΣΕΥΗΡΕΙΑ, & quidem ut longe lateque magnificentissimae urbis pateret gloria, ea ΣΕΥΗΡΕΙΑ ΠΡΩΤΑ *Severia*, seu *Severiana Prima* adpellare voluerunt (1): ita quoque horum, aliorumque numismatum, quae iidem Perinthii cuderunt, auctoritate perspicue liquet, eos non semel, sed plures vices celebrasse certamina in honorem quoque filiorum eius Caracallae & Getae, quae ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ, & honoris causa, tamquam Diis dedicata essent, ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ adpellarunt; in qua plane novorum ludorum excogitanda adpellatione, omnium primi fuere, & reliquis Asiae populis praeiverunt. Perinthiorum numisma superius descriptum (2), in quo secundus Severi adventus declaratur, quo eos invisere dignatus est, satis superque testatur eumdem Imperatorem semel iterumque Perinthum se contulisse, atque, ut arbitror, devicto Nigro: quo tempore, ut eius victoriae plauderent, credibile est haec certamina tum in honorem eius, tum filiorum instituisse, quibus eos quoque interfuisse credibile est. Praeter Neocorias, multos honores, privilegia ac beneficia consecutos esse Perinthios a Severo, non obscure indigitant numi, quos iidem populi devoti numini maiestatique eiusdem Imperatoris, Caesarumque filiorum eius consecrarunt, quorum splendida plane est copia, quae ad nos pervenit. T. LIII. n. II.

Typus igitur huiusce elegantissimi numismatis sunt duo templa, invicem e regione oblique posita, compluribus columnis or-

(1) Vid. Vaillantii Numism. Imp. & Augg. Graec. Pop. pag. 79. (2) Pag. 22. huiusce Vol. III.

ornata ; ſuper quae duae urnae cum palmis ſculptae obſervantur . Alia duo numiſmata Perinthiorum , Severo dedicata , cum hoc ipſo typo iam prodiere e Gaza Chriſtianiſſimi Galliarum Regis (1) , & e Muſeo Carpineo , quae exquiſita eruditionis fruge a Senatore Philippo Bonarrotio illuſtrantur . Idem plane typus occurrit in aliis numis , praeſertim Sardianorum , eidem Severo dicatis , quae vide in regia Gaza (2) , & inter Vaticana (3) , & Piſania (4) . Haec templa , & hae urnae cum palmis indicant , ut nemo ignorat , ſacros agones , qui inſigni de cauſa in honorem Imperatorum Romanorum celebrari conſueverunt . Ea templa , quae in hiſce numis occurrunt , temporaria fuiſſe , e ligno , aliave materia fabrefacta , quae ad pompam circi vel amphitheatri ludorumque inſervirent , primus omnium ſubſpicatus eſt praelaudatus Bonarrotius (5) . Ad exemplum celeberrimorum templorum , quae in iiſdem urbibus Diis dedicata erant , conſtructa fuiſſe coniicere licet : omni plane elegantia & ſplendore exſtructa , columnis , ſigniſque ornata , uti edita numiſmata teſtantur . Videmus etiam maioris honoris dignitatiſque cauſa , ea gradibus impoſita , ut ita conſpicuo in loco eminerent . Nec duo tantum templa , ſed tria etiam non raro in numis exhibentur . In altero ex his templis patrii Dei , ſeu eius urbis tutelaris Numinis , ſive Genii ſignum ; in altero interdum Victoriae , ſeu Deae Romae ſimulacrum dedicari ſolebat ; & frequenter in mediano templo ſignum Imperatoris , cui ſacra certamina dedicata , conlocare mos fuit . Si vero in hoc alicuius Dei ſignum poneretur , praeſertim Iovis ; habitu & ſpecie vel Iovis , vel alterius Numinis repraeſentabatur idem Imperator , vel ſedens , vel ſtans , ut videre eſt in numo ex aere magno , quem Antonino Baſſiano cum ludorum celebratione Smyrnaei dedicarunt (5) . Praeterea Imperatoris nomen in zophoris eorumdem templorum ſcribere ſolebant , ut , qui ſpectaculo aderant , ſcirent ea certamina Imperatoribus tamquam Diis ſacra eſſe . Quod ſi duo dumtaxat templa erigerentur , teſtantibus editis numis , in altero ex his conſtat dedicari conſueviſſe ſtatuam Imperatoris ; quod oſtendit Trallianorum numiſma maximum , eidem Antonino dedicatum , quod in celeberrimo Chriſtianiſſimi Regis Theſauro

(1) Vide Tab. XVII.
(2) Tab. XVII.
(3) Tab. XLVIII. 3.
(4) Tab. XXXVI.
(5) Tab. XIX. Theſ. Reg. Chriſtianiſs.
(6) Vide Tab. XIX.

ſauro adſervatur (1); nam dextrorſum in medio templi hexſaſtyli cernitur idem Imperator ſtans, paludamento inſignis, qui dextra globum, haſtam laeva tenet: ſiniſtrorſum vero in altero templo Dea Roma ſpectatur ſedens, quae dextra Victoriolam praefert, & forſitan pro praemio eidem Imperatori auſpicatiſſime largitur. Templum hexſaſtylum cum imagine eiuſdem Imperatoris ſtantis, ſacraque libamina ad aram ignitam fundentis, exhibet Hierapolitanorum numus (2): ſuperque oſtium eiuſdem templi impoſita eſt protoma, quae, ut opinor, fratrem eius Getam repraeſentat. Imperatorum Caeſarumque protomas omni cultu & honore conſecratas fuiſſe, vel ad ornatum templorum, vel circorum, vel theatrorum, numiſmata, omnigena eruditione cumulatiſſima, perſpicue teſtantur. Tarſenſium numus in honorem Severi Alexandri adfertur e Muſeo Piſanio depromtus (3), cuius typus Bacchus, ni fallor, & Hercules, qui protomam Imperatoris adtollunt. Eaedem Imperatorum protomae impoſitae cernuntur menſis, in quibus exponebantur praemia danda victoribus ſacrorum certaminum, ut videre eſt in numo Niceaenſium in Commodi honorem (4): adeo ut hinc coniiciam, Caeſarum protomas eximio opificio abſolutas, vel ex auro vel ex argento, vel e pretioſis gemmis, vel etiam e peregrino marmore, aereve inaurato, inter praemia, quae certantibus athletis exponi ante ludorum celebrationem, iiſdemque victoribus donari ſolebant, connumerandas eſſe, de quibus paullo inferius dicam.

Praeiſſe Romanos cunctis gentibus in edendis ſummo adparatu, ſummoque ſplendore ac magnificentia ludis, minime dubitandum eſt: quin ab ipſis petita haec exempla videntur. Pompeium laudat Plutarchus (5), qui Veneris aedem impoſuit ſuo theatro, quam Plinius Veneris Victricis fuiſſe dicit (6). Quae fuerint circi apud Romanos ornamenta, templa, arae, ſigna, ex Tertulliano (7), atque ex editis a Panvinio monumentis ſatis ſuperque exploratum eſt. Sed, quod ad rem noſtram pertinet, quod templa in amphitheatris erigi ſolerent apud Orientis populos, egregium exſtat documentum in Actis S. Ignatii Martyris penes celeberrimum Ruinartium (8). In his legitur, quod fortiſſimus

 Chriſti

(1) Vide in eadem Tab. XIX.
(2) In Muſeo Piſanio Tab.
(3) Vide Tab. L.
(4) In Theſauro Chriſtianiſs. Regis Tab. XVI.
(5) In eius vita.
(6) Hiſtr. Nat. Lib. VIII. Cap. VII.
(7) De Spectaculis Cap. VIII.
(8) In Addend. pag. 707. edit. Pariſ.

Chriſti Athleta ad amphiteatrum ductus, θηρσὶν ὠμοῖς παρὰ τῷ Ναῷ παρεβάλλετο : *feris crudelibus* IVXTA TEMPLVM *expoſitus eſt*. Templum in amphitheatro, & pone illud ſimulacrum Herculis ſedentis, cernimus in numo Heracleotarum in honorem Gordiani, quod adfert & illuſtrat Cl. Bonarrotius (1).

In fronte eorumdem templorum non Romanorum Imperatorum dumtaxat nomina inſcribebantur, in quorum gratiam ſacri agones celebrabantur, ut videre eſt in adlato paullo inferius Pergamenorum numo (2); verum etiam Vrbium, quarum impenſis fiebant: cuius rei non unicum in tota antiquitate exſtat exemplum; ſed lubet, brevitatis gratia, ad inſigne dumtaxat numiſma Commodo conſecratum a Tarſenſibus provocare, quod habes in Piſanio Muſeo (3). In eo duo templa ſculpta ſunt, quorum unum hanc epigraphen praefert KOINON: alterum vero KIΛIKIAC: *Commune Ciliciae*, cuius Tarſus, ut vidimus, illuſtris ac ſplendidiſſima metropolis fuit. Auguror etiam ea templa, quae ſubitaria arte exſtructa erant, thenſarum more, curribus impoſita fuiſſe, atque in amphitheatris circumducta ante ludorum editionem, ut Deorum ſimulacra, effigieſque & ſtatuae Imperatorum in iiſdem locatae, qui Deorum habitu & ſpecie expreſſi erant, a ſpectatoribus adorarentur, fauſtiſque adclamationibus celebrarentur. Quod vero haec portatilia templa non ſecus ac thenſae in ludis, ſacriſque pompis circumferrentur apud Aſiae populos, teſtantur Epheſiorum numiſmata Commodo, Gordiano Pio, & Herenniae Etruſcillae dicata, quae Vaillantius deſcribit (4): cum hac epigraphe: AΠHNH. IEPA. EΦECIΩN. *Thenſa ſacra Epheſiorum*. De his templis manufactis, portatilibus, itemque de aediculis veterum, luculenter nuper diſſeruit (5), Academiae Etruſcae Cortonenſis lucidum ſidus, Abbas Philippus Venutus, qui inhaeret doctiſſimi Senatoris Bonarrotii opinioni (quam etiam amplectitur clariſſimus eius frater Rudolphinus Venutus (6), eiuſdem Academiae a Secretis) ſubſpicaturque parva templa, quae in hiſce populorum Aſiae numis occurrunt, ex argento, vel ex alio metallo fabrefacta fuiſſe, dataque pro praemio victoribus ſacrorum certaminum; nam in iiſdem numis ſemper cum urnis,

in

(1) Tab. XIII. inter Numiſm. Carp. pag. 275.
(2) Inter Medicea Tab. LVII. num. II. & in Theſauro Chriſtianiſſimi Regis Tab. XIX.
(3) Tab. XXX. num. 3.
(4) Pag. 68. 150. & 170.
(5) V. in Diſſ. XI. Tom. II. p. 211. cui titulus: *Saggi di Diſſertazioni Accademiche pubblicamente lette nella Nobile Accademia Etruſca dell' antichiſſima Città di Cortona. In Roma* 1738.
(6) In antiqua Numiſm. max. mod. e Muſeo Albano in Vaticanam Biblioth. translata ad Tab. LVI. num. III. pag. 114.

in quibus infertae palmae funt, atque etiam cum coronis, quibus iidem victores donabantur, coniuncta templa fpectantur; iis dumtaxat numis exceptis, in quibus Vrbium Genius parva templa utraque manu praeferens exhibetur. Memoratur in Actis Apoftolorum (1) quidam Demetrius opifex, qui argentea parva templa Dianae Ephefiae fabricabat, maximo artis fuae proventu, ad fimilitudinem templi Ephefini, toto terrarum orbe celeberrimi, eaque confluentibus ad illud populis vendebat, vel his qui ad fpectandos ludos conveniebant in theatro, cuius paullo poft fit mentio in iifdem Actis. Quamvis non negem aliquando in numis occurrere templa tum abfque coronis, tum etiam abfque urnis cum palmis; quum tamen ex epigraphe conftet certamina edita effe, uti docet numus Philippopolitarum Antonino Caracallae dicatus, qui exftat in Mufeo Pifanio (2), cum hac infcriptione: ΚΕΝΔΡΕΙΣΕΙΑ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ; tamen fi recta fculpta funt, non obliqua, probabile crediderim ea templa non ludos indicare, fed vota fufcepta, aut peracta facrificia pro incolumitate Caefarum, totiufque Domus Auguftae, five etiam pro eorumdem victoriis: & facile etiam denotare iifdem dedicata ea templa fuiffe. Lucem adfert huic meae coniecturae numus maximae formae Imperatori Opellio Macrino confecratus ab Ephefiis, qui e Gaza Chriftianiffimi Regis depromtus eft (3), in quo ante templum, ornatum in medio Aefculapii fimulacro, multi viri per circuitum ftant, fublataque dextra manu vota Deo nuncupant pro eiufdem Imperatoris falute aut victoria, ad aram ignitam aftante etiam popa cum victima; cum hac epigraphe: ΕΦΕΣΙΩΝ........ ΒΩΤΑ. *Ephefiorum Vota*.

Praeter protomas illuftrium virorum & Imperatorum Auguftorum, praeterque parva illa templa e pretiofa materia fabrefacta, alia quoque praemia facrorum certaminum victoribus dono data fuiffe, teftantur vetera numifmata. Primum locum facile obtinent coronae varii generis, & palmae, quas eadem numifmata frequenter una cum urnis largita fuiffe oftendunt. Maximum fuit palmarum decus, quo Diis fere aequales victores habebantur, laudabanturque, quod teftatur Horatius (4):

——— Palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

Cum

(1) Cap. XIX. v. 24.
(2) Tab. XLII. num. 3.
(3) Tab. XXII. Vide etiam Tab. XXVIII. in num. Treboniani.
(4) Lib. I. Od. I.

Cum palmis certant etiam de dignitate & pretio coronae, quas vetusta Ethnicorum religio Diis tamquam proprium ornamentum sacravit: qui honos postea ad homines quoque transiit. Donata plerumque fuisse cum palmis & ipsa vascula, quibus inserebantur, numorum auctoritate discimus. Eadem vascula vel argentea, vel e metallo, fulgenti auro superfuso, eximioque opere elaborata erant, quemadmodum iidem numi ostendunt: itemque gemmis interdum ornata, veterum monumentorum auctorumque fide recte coniicit Bonarrotius (1): in quibus ludorum, qui fiebant, celebrabanturque, nomina scripta non raro, non secus ac in coronis, cernimus. Haec vasa pulcherrima praealtis mensis imponi solebant, ut hi qui certabant ante oculos ea haberent, atque ita acrius vehementiusque ad victoriam summa cum nominis ac virtutis laude capessendam excitarentur. Lubet adscribere notissimos versus, quos ex Homerico fonte Virgilius accepit (2):

Munera principio ante oculos, Circoque locantur:
In medio, sacri tripodes, viridesque coronae,
Et palmae, pretium victoribus. ———

Ea vasa eximii operis, &, ut ait idem Virgilius (3), *aspera signis*, interdum etiam non super mensas tantum, sed super tripodas egregio opere sculptos, sigillisque ornatos, locata visuntur, ut in pulcherrimo numo Coryceorum, Ciliciae maritimae urbis populorum, quem Valeriano Imperatori dedicarunt (4). Quo vero nomine adpellari possint ea vasa, quae in numis sculpta occurrunt, sive cymbia, sive lebetes, incertus haeret Bonarrotius (5). Vrnas quadratas adnotare abs re minime arbitror propter singulare, ni fallor, exemplum, in numo a Cyzicenis cuso in honorem Antonini Caracallae, quem vide in regio Thesauro Christianissimi Regis (6), quarum singulis insertae quinque palmae visuntur. Praeter haec, alia supersunt praemia enumeranda, nimirum hydriae, amphorae, pocula, urcei, phialae, paterae, aliaque variis figuris sculpta minora vascula, vel etiam ansata, vel sine ansis, quae tum supra mensam, tum eam infra reposita in numis conspiciuntur. His adde poma, quibus Pythiorum

(1) In Num max. mod. Tab. IX. num. 3. pag. 181.
(2) Aeneid. Lib. V. v. 109.
(3) Ibidem v. 267.
(4) Vide apud Vaillantium in Select. Numism. max. mod Tab. CIX. pag. 110.
(5) Loco paullo ante citato pag. 180.
(6) Tab. XVIII.

rum certaminum victores donabantur : adde phaleras , vittas , bullas , aliaque huius generis decora , quae satis superque doctorum hominum lucubrationibus litterato orbi perspecta maxime sunt ; sed ea heic breviter commemorare libuit , quia in hisce numis frequenter occurrunt , quibus praemiis explicandis egregiam operam navarunt prae ceteris illustres viri Spanhemius , & Senator Bonarrotius .

CLXIIII.

A. *Imperator laurea & paludamento ornatus .*

E. ΑΥ Κ Λ CΕΠΤΙ CΕΥΗΡΟC ΠΕ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σευῆρος Περτίναξ . *h. e.* Imperator Caesar Lucius Septimius Severus Pertinax .

P. *Hercules stans , dextra innixus clavae , laeva praeferens poma , pendente ex humero pariter laevo leonis Nemeaei spolio : ex adverso arbor , cui advolutus serpens : pone Nympha hortorum Hesperidum custos .*

E. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *h. e.* Philadelphia Perinthiorum Neocororum .

Ex aere flavo . Pond. Vnc. I. S. VI. G. IV.

PRaeclarus est hic numus Mediceus tum opificii elegantia , quod temporis iniurias mirifice superavit , tum etiam raritate emblematis seu typi , in quo explicando humani aliquid passus est immortalis Vaillantius (1) , qui feminam illam stantem prope arborem , cui implicitus est serpens , censuit esse Hygiam Deam , sive Salutem . Haud vacat nunc expendere num in vetustis numismatis , inscriptis aris , votivisque tabulis ac sculpturis aliquando occurrat Hercules cum Hygia , cuius societatis nulla mihi , licet memoria non secus ac ingenio parum valeam , occurrunt exempla ; sed quod Hygia esse non possit , illud , ni fallor , manifeste evincit , quod pateram , quam gerere semper solet , dextra non tenet , ut serpenti suo escam praebeat ; quin imo arborem Herculi indicat laeva manu ; quo plane gestu sculpta cernitur in praestantissimo Mediceo numo in honorem Antonini Pii , quem superius illustravimus (2) . Adsentior igitur celeberrimo Holstenio , qui hunc ipsum Perinthiorum numum Severo dicatum describit , & se vidisse in Mediceo

T. LIII. n. III.

(1) Ad Numism. Imper. & Aug. a Graec. pop. cusa pag. 86. (2) Tom. II. pagg. 94. & 95. Tab. XVIII. num. III.

ceo Cimeliarchio adfirmat , ſculptumque in eo Herculem , aurea Heſperidum poma ex arbore auferentem , adgnoſcit (1) . Memorat etiam exſtare in eadem Medicea Gaza alterum inſignem numum , Septimio Severo conſecratum a Perinthiis , qui pro typo habet triremem , cuius prorae Severus inſiſtit , cum templo : cuius haec epigraphe , de qua ſuperius nonnulla adnotavimus : ΕΠΙΔΗΜΙΑ Β. ΣΕΥΗΡΟΥ. *Adventus ſecundus Severi :* ſubtus : ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ . Herculem ſumma religione Perinthii coluere , utpote urbis ſuae (quae ex nomine eius , Ammiano teſte (2) , *Herculea Thraciae* dicta eſt) parentem , & conditorem , ΚΤΙϹΤΗΝ, quemadmodum eum in numis ſuis dixere , ut adnotat Cl. Harduinus (3) , & frequenter ſculptum in ipſis exhibuere . Fallitur tamen idem Harduinus (4) , qui dum deſcribit numum alterum Perinthiorum in honorem Getae , apud Patinum in Theſauro (5) , cuius emblema Hercules Diomedis equos conficiens , cum epigraphe : ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ , quae declarat Perinthios non ludos tantum , ſed ſe quoque *Philadelphios* adpellaſſe , ut rem Severo facerent opido gratam , Getaeque & Caracallae benevolentiam ſtudioſiſſime aucuparentur , illud ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ , ad ludos tantum *Philadelphenſes* , ut ait , traducit , idque alibi etiam adfirmat (6) .

Qua vero de cauſa , quaque occaſione a Perinthiis inſtituta fuerint ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ certamina , ſatis ſuperque ex dictis conſtat . Plura adiicere ſupervacaneum , quum de his luculenter diſſeruerit nobiliſſimus Ezechiel Spanhemius (7) , ad quem lectores ablegare opere pretium me facturum arbitror . Illuſtranti mihi Medicea Numiſmata a Perinthiis cuſa in honorem Severi , filiorumque eius Antonini & Getae , deque ſacris ludis in honorem eorumdem celebratis diſſerenti , praeterire nefas viſum eſt inſigne vetuſtatis monumentum , quo maxime nobilitatur Mediceum Muſeum , nempe marmor Graeca inſcriptione eruditiſſimum : in quo notandum eſt abraſum Getae nomen odio eius fratris Antonini , qui in eo *novus Bacchus* vocatur , & multa ad ſacra certamina illuſtranda , quae luculento commentario proferri poſſunt , ſuppeditat , quod ita ſe habet (8) .

ΤΠΕΡ

(1) In notis caſtigat. in Stephanum Byzant. de Vrb. pag. 251.
(2) Hiſtor. Lib. XXII.
(3) In Numiſm. ant. Populor. & Vrbium pag. 396.
(4) Ibidem pag. 398.
(5) Pag. 120.
(6) Ibidem pag. 526.
(7) In Epiſtola ad Andream Morellium , quae in eius Specimine quartum locum , apud Cl. Liebeum tertium obtinet .
(8) Nonnulla , quae in hoc marmor adnotavimus , vide in Par. I. Inſcript. antiquar. Etruriae Vrb. pag. 22. 23. & 24.

ΥΠЄΡ CωΤΗΡΙΑC . ΚΑΙ ΝЄΙΚΗC . ΚΑΙ ΑΙωΝΙΑC . ΔΙΑΜΟΝΗC
ΤωΝ ΚΥΡΙωΝ . ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡωΝ . ΛΟΥΚΙΟΥ . CЄΠΤΙΜΙΟΥ .
CЄΥΗΡΟΥ . ЄΥCЄΒΟΥC . ΠЄΡΤΙΝΑΚΟC . CЄΒΑCΤΟΥ . ΑΡΑΒΙΚΟΥ . ΑΔΙΑΒΗΝΙ
ΚΟΥ . ΠΑΡΘΙΚΟΥ . ΜЄΓΙCΤΟΥ . ΚΑΙ . ΜΑΡΚΟΥ . ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤωΝЄΙΝΟΥ
CΕΒΑCΤΟΥ ΑΡΑΒΙΚΟΥ . ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΥ . ΠΑΡΘΙΚΟΥ . ΜЄΓΙCΤΟΥ . ΚΑΙ
ΛΟΥΚΙΟΥ CЄΠΤΙΜΙΟΥ. : : : : .ΚΑΙCΑΡΟC . ΚΑΙ . ΙΟΥΛΙΑC . CЄΒΑCΤΗC.
ΜΗΤΡΟC . CΤΡΑΤΟΠЄΔωΝ . ΚΑΙ ΤΟΥ CΥΝΠΑΝΤΟC . ΑΥΤωΝ . ΟΙΚΟΥ . ΚΑΙ
ΙЄΡΑC . CΥΝΟΔΟΥ Λ . CЄΠΤΙΜΙΟC . ΤΡΥΦωΝ . ΚΑΙ · ωC
ΧΡΗΜΑΤΙΖω . ΑΛЄΞΑΝΔΡЄΥC . ΦΙΛΟCΟΦΟC . ΓЄΝΟΜЄΝΟC . ΙЄΡЄΥC
ΚΑΤΑ ΤΟΕΞΗC ΔΙC ΚΑΙ ΑΡΧΙЄΡЄΥC . ΤΟΥ ΚΑΘΗΓЄΜΟΝΟC . ΔΙΟΝΥCΟΥ ΔΙΑ
ΒΙΟΥ . ЄΤΙ ΤЄ . ΚΑΙ ΤЄΙΜΗΘЄΙC . ΑΡΧΙЄΡЄΥC . ΜΑΡΚΟΥ . ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤωΝΙΝΟΥ
CΕΒΑCΤΟΥ . ΤΟΥ ΝЄΟΥ . ΔΙΟΝΥCΟΥ . ΔΙΑ ΒΙΟΥ . ΚΑΙ ΥΠΟCΧΟΜЄΝΟC . ΑΥΘΑΙ
ΡЄΤΟC . ΚΑΙ ΤΑΥΤΗΝ . ΤΗΝ ΑΡΧΙЄΡωCΥΝΗΝ . ΔΙΑ ΒΙΟΥ ЄΠΙΤЄΛЄΙΝ
ΤΟΝ ΔΙΟΝΥCΟΝ . ΑΝΑΚΟCΜΗCΑC . ЄΚ ΤωΝ ΙΔΙωΝ . ΠΡωΤΟC
ΛΟΓΙCΤЄΥΟΝΤΟC . Μ . ΟΥΟΛΥCCΙΟΥ ΠЄΡΙΚΛЄΟΥC
ЄΠΑΝΓЄΙΛΑΜЄΝΟC . ΤΟΝ ΔΙΟΝΥCΟΝ ΑΝΑΚΟCΜΗCΑΙ ЄΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟC
ΒЄΝΤΙΔΙΟΥ . CωΓΑ . ΠΥΘΑΥΛΟΥ . ΠЄΡΙΟΔΟΝЄΙΚΟΥ . ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ
ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤЄΟC ΑΙΛΙΟΥ . ΑΓΑΘΗΜЄΡΟΥ . ΚΙΘΑΡωΔΟΥ . ΠΑΡΑΔΟ
ΞΟΥ . ΚΑΙ ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ . ΑΥΛΟΥ . ΟΙΝЄΟC . ΤΡΑΓωΔΟΥ . ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ .
ЄΤЄΛЄΙωCΑ ΔЄ . ωC ЄΠΗΝΓЄΙΛΑΜΗΝ . ΤΟΝ ΔΙΟΝΥCΟΝ . ЄΠΙ ΑΡ
ΧΟΝΤΟC . ΑΥΡ . ΑΓΧΑΡΗΝΟΥ . ΦΑΙΔΡΟΥ . ЄΦЄCΙΟΥ . ΚωΜωΔΟΥ
ΠЄΡΙΟΔΟΝЄΙΚΟΥ . ΚΑΠЄΤωΛΙΟΝЄΙΚΟΥ . ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤЄΟC
ΜЄΝЄΚΡΑΤΟΥC . Μ . ΑCCΥΡΙΟΥ . CΤΛΛЄΟC . ΚωΜωΔΟΥ . ΠЄΡΙΟΔΟΝЄΙΚΟΥ
ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ . ΚΑΙ ⁘ ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ . ΤΙΒ . ΚΛΑΥΔ . ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΥ ΛΑΔΙΚЄ *sic*
ωC . ΤΡΑΓωΔΟΥ . ΚΑΙ ΠΟΙΗΤΟΥ ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ

Interpretatio Graecae Inscriptionis haec est .

Pro Salute . & Victoria : & aeterna incolumitate
dominorum . Imperatorum . Lucii . Septimii .
Severi . Pii . Pertinacis . Augusti . Arabici . Adiabeni-
ci . Parthici . Maximi . & Marci . Aurelii Antonini
Augusti Arabici . Adiabenici . Parthici . Maximi . &
Lucii Septimii . :::::: Caesaris . & Iuliae Augustae
Matris Castrorum . & universae . eorum . domus . &
Sacri . Conventus L. Septimius Trypho . & ut
vocor . Alexandrinus . Philosophus . factus . Sacerdos
deinceps bis & Pontifex . ducis . Bacchi perpetuus

ac praeterea . creatus Pontifex . Marci . Aurelii Antonini
Augusti . novi . Bacchi . perpetuus . & pollicitus sponte etiam
hoc Pontificium . per totam vitam . exercere
quum Bacchum restaurassem ornassemque de meo princeps
rationes curante M. Volusio Pericle
pollicitus Bacchum restaurare & exornare sub Archonte
Ventidio . Soga . Pithaula . Periodonica . Paradoxo
& Scriba AElio . Agathemero . Cytharoedo . Para-
doxo . & Nomodicta . Aulo . Oeneo . Tragoedo . Paradoxo
perfeci . ut pollicitus sum . Bacchum . Archonte
Aurelio . Anchareno . Phaedro . Ephesio . Comoedo
Periodonica . Capitolionica . Paradoxo & Scriba
Menecrate . M. Assyrio . Sylleo . Comoedo . Periodonica
Paradoxo . & Nomodicta . Tib. Claudio Alexandro Laodi-
censi Tragoedo . & Poëta Paradoxo .

C L X V.

* A. *Imperatoris caput laureatum .*

E. ΑΥΤ. ΚΑΙ CΕΟΥΗΡΟC CΕ. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Σεουῆρος Σεβάστος . b. e.* Imperator Caesar Severus Augustus .

P. *Aquila expansis alis lauream coronam rostro praeferens , cum astro inter crura .*

E. ΔΗΜΑΡΧ . ΕΞ ΥΠΑΤΟC . ΤΟ Γ. *b. e.* Tribunicia Potestate Consul III.

Ex argento . Pond. S. XI. G. IV.

T. LIV. *n. II.* TYpus ipse huiusce eximii numismatis , probe notus viris doctis , quem etiam superius illustravimus (1) , declarat ab Antiochensibus Severo dedicatum fuisse . Non una fuit dedicationis causa . Quum enim iisdem Antiochensibus Severus iratior fuisset , & multa ademisset , quod & administrantem eum in Oriente riserant , & Nigrum victu quoque iuverant : tandem , quum ad eius partes adcessissent , Antonini Caracallae suasu & precibus , benevolus effectus , ademta eis restituit , urbis dignitatem & splendorem , thermis magnificentissimis in ea exstructis (2) , auxit , multisque beneficiis locupletavit , ut Dio (3) , Spar-

(1) In Tom. IV. Tab. VIII. 2. pag. 64.
(2) Ex D. Hieronymo , quem etiam citat Cl. Venutus ad Tab. XLIX. num. I. pag. 99.
(3) Histor. Rom. Lib. LXXIV. pag. 842.

Spartianus (1), & Herodianus (2) teſtantur. Ea vero praeſertim de cauſa dedicatus hic numus videtur, quod Severus, confecto Parthico bello, Parthici nomen adeptus, quum inde in Syriam victor rediiſſet, deindeque Antiochiam tranſiſſet, in ea urbe virili toga data filio maiori, ſecum eum Conſulem deſignavit, & ſtatim in Syria Conſulatum inierunt, uti narrat Spartianus. Igitur tertius Severi Conſulatus, in quo collegam ſuum Antoninum habuit, incidit in annum V. C. DCCCCLV. Chriſti CCII. quum Tribuniciae Poteſtatis eſſet IX. & X. imperii ſui anno decimo, vel undecimo. In Vaticanis Cimeliis aliud numiſma, quod cum Mediceo omnino convenit, adſervatur, quem exponit & illuſtrat C. V. Venutus (3).

CLXVI.

A. *Severus Imperator laureatus in medio, dextra globum gerens; ſiniſtrorſum Antoninus Baſſianus item laureatus; dextrorſum Geta, pateram dextra praeferens: omnes togati in ſellis curulibus ſedentes.*

E. *In exergo:* ΑΤ Κ Λ CЄ CЄΟΥΗΡΟC. Imperator Caeſar L. Septimius Severus. *Hinc in ambitu circa Getam:* Λ CЄ ΓЄΤΑC Κ. L. Septimius Geta Caeſar: *Inde in gyro circa Caracallam:* ΑΤ Κ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝЄΙΝ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ἀυρήλιος Αντωνεῖνος. Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus.

P. *Corona querna, cuius mediam arcam haec obtinet epigraphe:* ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ. ΑCΙΑC. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. *In ambitu extra coronam:* ЄΠΙ. CΤΡΑ. ΚΛ.......... *h. e.* Prima (*certamina*) Communia Aſiae Smyrnaeorum, Praetore Claudio ....

Ex aere flavo. Pond. S. XX. G. IV.

TEmporis iniuria labefactatus eſt hic numus praeſtantiſſimus, cuius epigraphe in ambitu in altera facie paene obliterata, ex numis regii Theſauri Chriſtianiſſimi Regis (4), & Piſanii (5), ita reſtituenda eſt: CΤΡΑ. ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ CΟΦΙ: *Sub Praetore Claudio Rufino Sophiſta* (6). Conſecratum arbitror hunc numum in honorem Severi filiorumque eius, ut auditum eſt ab Aſiae urbibus Baſſianum Antoninum, qui Caeſar adpellatus iam fuerat, annum decimum tertium agentem, participem imperii dictum a militibus, & Getam quoque minorem filium Caeſarem, eumdemque Antoninum adpellatum (7): quarum adpel- T. LIV. n. III.

 latio-

(1) In eius vita.
(2) Hiſtor. Lib. III. Cap.
(3) Tab. X'IX. num. I. pag. 99. Tom. I.
(4) Tab. XVII.
(5) Tab. XXXV. num. III.
(6) Vide etiam P. Harduinum in Numis antiquis Vrbium & Populor. pag. 467. & 470.
(7) Ex Spartiano in vita Severi.

lationum caufa iam fama pervulgarat a Severo patre donativum militibus largiffimum datum, conceffa omni praeda oppidi Parthici, quemadmodum Spartianus memoriae prodit. Caracalla deftinatus eft a patre Imperator anno V. C DCCCCL. Chr. CXCVII. quare in numis mox cufis, quum Romanum imperium cum patre moderaretur, idem Antoninus Imperator dicitur, Geta vero Caefar: & huc faciunt infcriptiones: RECTOR ORBIS. AETERNITAS IMPERI. IVVENTA IMPERI (1), quod defignare videtur globus imperii fymbolum, quem gerit Severus, Caracallae communicaturus. Caufa dedicationis huius numi alia adferri etiam poteft, fed, ni fallor, altera adlata potior, & verifimilior, nempe ob Parthicum triumphum a Patribus Severo delatum, quem, ut memorat idem Spartianus, *idcirco recufavit, quod confiftere in curru, adfectus articulari morbo non poffet: filio fane conceffit ut triumpharet, cui Senatus Iudaicum triumphum decreverat, idcirco quod & in Syria res bene geftae fuerant a Severo*. Triumphus incidit in annum V. C. DCCCCLVI Chr. CCIII. imperii eius decimum primum, quum Tribuniciae Poteftatis X. effet, eadem praefenti anno adhuc in curfu, quam Idibus Aprilis anni fuperioris fufceperat, ut obfervat doctiffimus Pagius (2). Idem etiam cenfet hoc numo Caracallam Imperii Auguftei & Getam Imperii Caefarei Quinquennalia edidiffe. Priorem caufam indigitare videtur hic numus, in quo Baffianus Antoninus laureato capite fculptus, & frater eius Geta cum patre in curulibus fellis fedent. Severum morti proximum immoderatiffime laetatum perhibet Spartianus ex Aelio Mauro Phlegontis Tralliani liberto, quod duos Antoninos pari imperio reipublicae relinqueret, exemplo Pii, qui Verum, & Marcum Antoninos, per adoptionem filios, reipublicae reliquit: hoc melius, quod ille filios per adoptionem, hic per fe genitos, rectores Romanae reipublicae daret.

Baffiano Antonino Romanum imperium cum Severo patre moderanti, itemque Getae Caefaris nomen adepto, ut debitae laetitiae documenta fua teftaretur Commune Afiae, Smyrnam delegit, in qua, habito totius Provinciae conventu, ludos folemnes & facra communia pro felicitate ac diuturnitate eorum imperii celebrarunt. *Smyrnaeum conventum magna pars Aeoliae frequentat*, in-

(1) Vide Com. Mediobarbum in Severi num. pag. 273.

(2) In Annal. C. Baronii ad hunc annum num. IV. pag. 195.

inquit Plinius (1), quam poſtea enumerat. Vaillantius (2) prima certamina communia Aſiae, Smyrnae celebrata cenſet, forſan quod accepiſſet dignitatem *Primae*, ut Epheſus eam ſub M. Aurelio receperat, & Pergamus ſub Caracalla. Sed longe aliter ſtatuendum, auſpice Spanhemio (3) ſummo viro, qui cenſet ΠΡΩΤΑ dicta illa certamina non tamquam primum edita, vel quod Smyrna primatus dignitate inter ceteras Aſiae urbes praeſtaret, ſed quod velut primaria certamina Communis Aſiae urbium, tum propter pulchritudinem, ſumptus, adparatumque, tum aliorum certaminum reſpectu, quae minus praecipua ac magnificentiora erant, celebrarentur. Ex his quae Spanhemius luculentiſſime differit in hunc numum, alioſque, in quibus ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC nominantur, plura ſi cupis, accipies lector, nec minora etiam ex Obſervationibus eximii Senatoris Bonarrotii (4).

Claudius Rufinus Sophiſta, Smyrnaeorum Praetor; qui in hoc numiſmate nominatur, carus in primis fuit Severo & Antonino eius filio, quorum permiſſu vacationem ab aliis muneribus integram adſecutus eſt a Smyrnaeis civibus ſuis, ut docet perhonorifica de eo inſcriptio, adlata a Sponio (5).

CLXVII.

A. *Imperatoris Septimii Severi, eiuſque coniugis Iuliae Domnae, capita adverſa.*

E. ΑΤΤ ΚΑΙ Λ CΕΠ. .ЄΒΗΡΟC ΠЄΡΤΙΝΑC CЄΒ. ΠΑΡΘ. *Infra:* ΙΟΤΛΙΑ CЄΒΑCΤΗ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ ΛούΚιος Cεπτίμιος Cεβῆρος Περτίναξ Cεβαςός Παρθικός. *h. e.* Imperator Caeſar Lucius Septimius Severus Pertinax, Auguſtus, Parthicus. *Infra:* Iulia Auguſta.

P. *Hercules cervam proſtratam diſcerpens.*

E. ΕΠΙ CΤΡΑΤΗΓΟΤ ΑΡΙCΤΗΔ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β ΝЄΩΚΟΡΩΝ. *h. e.* Sub Praetore Ariſtedemo Pergamenorum bis Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XIII. G. III.

NVnc primum in conſpectum doctorum hominum prodit hic numus rariſſimus & elegantiſſimus, quem Pergameni non una de cauſa, ut arbitror, Severo Imperatori dedicarunt, addita etiam ex adverſo Iuliae Domnae uxoris eius effigie T. LV. n. 1.

(1) Hiſt. Nat. Lib. V. Cap. XXIX.
(2) In Num. Imper. a populis Graec. percuſſis pag. 87. in Severo.
(3) In Epiſt. ad And. Morellium, quae tertia eſt apud Liebeum pag. 536. & ſeqq.
(4) In num. max. mod. Muſei Carp. Tab. VIIII. num. 6. pag. 198. 199. & ſeqq.
(5) In Itiner. Athen.

effigie, qui honor, quam raro in numis, praeſertim Orientalium populorum, occurrat, nemo eſt qui ignoret. Ex his ut illuſtriorem cauſam coniecturis adſequar, lucem adfert alterum numiſma, olim in Muſeo Reginae Chriſtinae adſervatum, quod iidem Pergameni in honorem Iuliae Domnae cuderunt, cuius averſa pars exhibet Caracallam elata dextra, equo vectum, quem Victoria volitans coronat, cum captivo ante pedes equi (1). Alium numum cum eodem emblemate Pergameni percuſſerunt in honorem Caracallae, quem in Muſeo Mediceo vidit, & deſcripſit Vaillantius (2). Alia item duo ab eo deſcribuntur (3), quae Pergameni eidem Iuliae Domnae dedicarunt; quorum alterum pro typo exhibet Herculem comprimentem Antheum gigantem, ſub Praetore Iulio Anthimo caelatum, cum epigraphe: ЄΠΙ CΤΡ. ΙΟΥΛ. ΑΝΘΙΜΟΥ ΠЄΡΓΑΜΕΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Verum hoc numiſma conſecratum videtur eidem Iuliae Domnae, Severo iam vita functo, imperante Antonino Caracalla, a quo ut tertiam Neocoriam, ita Primatum eos accepiſſe exploratum eſt. Notandum etiam quod Severus a Pergamenis PARTHICVS dicitur: quare minime abſurdum videtur ſubſpicari numum hunc ab ipſis percuſſum fuiſſe, ut Severo gratularentur, quod capto Cteſiphonte, regeque fugato, ac plurimis interemtis, nomen Parthicum meruiſſet; vel etiam ob res praeclare ab eo geſtas in Syria, in quam quum victor rediiſſet, ei a Patribus delatus eſt triumphus Parthicus, quem filio conceſſit, cui Senatus Iudaicum triumphum decreverat, uti a Spartiano memoriae proditum. Hac ipſa occaſione, ni fallor, Pergameni Iuliae quoque Domnae Severi Auguſti coniugis gratiam inire ſtuduerunt, quod Romano imperio dignam ſobolem ei peperiſſet.

Vrbis Praeſides ac Cuſtodes Deos praecipua religione deveneratі ſunt Pergameni Aeſculapium (cuius cultum & ſacra communia (4) Smyrnaeis tradiderunt) Hygiam quoque eius filiam & Teleſphorum, quem Evamerionem adpellarunt, teſte Pauſania (5), itemque Coronidem Aeſculapii matrem, necnon Apollinem Καλλίτεχνον, de quo Ariſtides (6). His Hercules aliaque Numina addenda, quae in Pergamenorum numis expreſſa erudite obſervat Cl. Harduinus (7). In alio numo Pergamenorum

(1) Deſcribit Vaillant. in numis Imperat. Graec. loq. pag. 93.
(2) Ibidem pag. 107.
(3) Ibidem pag. 93. & 94.
(4) Vide Pauſaniam in Corinthiacis Lib. II. Cap. XXVI.
(5) Ibidem Lib. II. Cap. XXVI.
(6) Sacr. Serm. II. pag. 519.
(7) In numis Populor. & Vrb. illuſtrat. pag. 390. 391. & 392.

rum in honorem Antonini Pii, ſculptus cernitur Hercules decumbens ſuper ſpolia leonis, qui dextra extenſa puerulum ſubſtinet (1): in altero pariter numo in honorem Septimii Getae idem Hercules dextra erigit clavam contra ſerpentem arbori circumvolutum (2).

Nomen Praetoris Pergamenorum, quod in hoc numiſmate conſignatum eſt, in aliis non occurrit: neque dubitandum de eius nomine, quod ita contracte ſcriptum eſt: ΑΡΙΣΤΗΔ. & interpretandum videtur *Ariſtedemo*, nimirum *Ariſtodemo*. Alterum deſcribit Vaillantius (3) in honorem Severi cuſum, cum eodem ſchemate Herculis cervam proſternentis, eiuſque cornua diſcerpentis, ſub Praetore *Evareſto*. ΕΠΙ. ΣΤΡΑΤ. ΕΥΑΡΕΣΤΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

CLXVIII.

IVLIA DOMNA AVGVSTA.

A. IVLIAE *Domnae Auguſtae caput*.

E. IVLIA AVGVSTA.

P. *Severi & Caracallae Imperatorum capita adverſa laureata*.

E. *Epigraphe infra ſcripta:* AETERNIT IMPERI.

Ex aere flavo cum maximo circulo. Pond. Vnc. VI. S. X. G. V.

AEternitatem Romani Imperii deſignatam agnoſcit doctiſſimus Vaillantius per capita Severi patris & Caracallae filii in numis cum aureis tum argenteis rariſſimis, quos deſcribit (4); quod ex coniugio Severi & Iuliae natus ſit Caracalla, iam Auguſtus & Tribuniciae poteſtatis cum patre conſors, & ſic imperium in familia Septimiorum aeternum ſit futurum. Quanto in pretio habendum ſit hoc numiſma pulcherrimum ac praeſtantiſſimum, adfabre ex aere percuſſum cum maximo circulo, nemo eſt qui non videat. Multis ſummiſque honoribus vivens adfecta eſt Iulia Pia Severi uxor, quae Senatus decreto MATER CASTRORVM & SENATVS adpellata eſt; qua de re aram ex Africa Florentiam advectam, auſpice & iubente Sereniſſimo Principe Leopoldo Medice, Cardinali Ampliſſimo, praeterire

T. LV. n. II.

(1) Apud eumdem Vaillantium ibidem pag. 45.
(2) Apud eumdem pag. 119.
(3) Ibidem pag. 86.
(4) In Tomo II. Numiſm. praeſtant. pag. 244.

terire nefas cenſeo, quum in Mediceo Magni Ducis Etruriae adſervetur: quae haec habet.

IVKIAE . DOMNAE . AVG
MATRI CASTRORVM
MATRI AVGST ::::
IMP. CAES. K. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS AVG CONIVGI
Q. SIKICIVS. VICTOR ET C. TADIVS. FOR
TVNATVS OB. HONOREM . FKAM
SVI. PERPETVI STATVAM . CVM
BASE EX · HS · BINIS MIKIB. N̄ . LEGI
TIMIS ADIECTIS TERTIS EX DE
CRETO. PAGANOR. PAGI MERCVRIAKIS
VETERANORVM MEDEKIKANORVM *ſic*
S. P. F. IDEMQVE. DEDICAVERVNT

In hac baſi eadem Iulia Domna dicitur etiam *Mater Auguſtorum*; ſed notandum deletas eſſe quatuor poſtremas literas in adpellatione AVGVSTORVM. Id contigit iubente Caracalla, qui acerbiſſimo odio inſectatus eſt Septimium Getam Caeſarem fratrem ſuum, eiuſque nomen in publicis monumentis deleri praecepit. Si otium eſt, vide quae adnotavimus in Parte I. Inſcriptionum antiquarum, quae in Etruriae Vrbibus exſtant (1).

AN-

(1) Pag. 6. & 7. num. II. Vide etiam quae in eodem opere mox adnotantur pag. 34. & 35. ad Inſcript. adlat. num. LVIII.

CLXVIIII.

ANTONINVS CARACALLA.

A. *Imperatoris Antonini Caracallae caput ornatum corona radiata.*

B. ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Αὐτοκράτωρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντωνεῖνος. *h. e.* Imperator Marcus Aurelius Antoninus.

F. *Caput Iuliae Domnae.*

E. ΑΔΑΝΕΩΝ ΙΟΥΛΙΑΝ ΔΟΜΝΑΝ CΕΒ; Ἀδανέων Ιουλίαν Δόμναν Cεβαςήν. *h. e.* Adaneorum (*populus colit*) Iuliam Domnam Auguſtam.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. I. G. XVII.

MVltis magniſque honoribus Iuliam Piam matrem ſuam proſecutus eſt Antoninus Caracalla, praeſertim quum Imperium Romanum ſolus moderari coepit. Ei ſiquidem iuſta & utilia monenti, licet minime obtemperaret; tamen, uti memoriae proditum a Dionis Exſcriptore (1), curam libellorum atque epiſtolarum utriuſque generis, praeter admodum neceſſarias, commiſit; eiuſque nomen pariter cum ſuo & exercitus nomine poſuit, adiectis magnis laudibus in epiſtolis, quas mittebat ad Senatum, dum omnes valere ſcriberet: ad haec omnes primarios viros publice ſalutari ab ea, non ſecus ac a ſe, declarabat. Adceſſere ſplendidi tituli, quos a Senatu habuit; nam, ut vidimus, Mater Caſtrorum & Auguſtorum, item Mater Senatus & Patriae adpellata eſt, habitaque veluti altera Ceres, magna Deûm mater Cybele, Venus altera & Diana, & ut ab Oppiano dicitur (2) οὐλείπȣσα Σελήνη: *indeficiens Luna*; quare etiam cum falcatae Lunae immagine in numis expreſſa ſpectatur. T. LVI. n. I.

Tamquam praeſenti Deae cultum ei decrevere Adanei, antiquiſſimae urbis Ciliciae populi, uti numiſma hoc valde inſigne eiuſque epigraphe teſtatur; quod ea, ut reor, iuvante vel privilegia, vel beneficia non contemnenda acceperunt ab eius filio Antonino Caracalla, Romanum imperium iam adepto: cui etiam hoc amoris & obſequii ſui monumento, ni fallor, gratulati ſunt, declarantes & eum, & matrem divinis honoribus colere, quod aeternae Romani imperii propagationi edita ſobole conſu-

(1) Hiſtor. Rom. Lib. LXXVII. pag. mihi 878.

(2) Cyneget. Lib. I. verſ. 7.

terire nefas censeo, quum in Mediceo Magni Ducis Etruriae adservetur: quae haec habet.

IVLIAE . DOMNAE . AVG
MATRI CASTRORVM
MATRI AVGST ⁝ ⁝ ⁝ ⁝
IMP. CAES. L. SEPTIMI . SEVERI . PII
PERTINACIS AVG CONIVGI
Q SILICIVS . VICTOR ET C. TADIVS . FOR
TVNATVS OB . HONOREM . FLAM
SVI . PERPETVI STATVAM . CVM
BASE EX . HS . BINIS MILIB . N̄ . LEGI
TIMIS ADIECTIS TERTIS EX DE
CRETO . PAGANOR . PAGI MERCVRIALIS
VETERANORVM MEDELIKANORVM *sic*
S. P. F. IDEMQVE . DEDICAVERVNT

In hac basi eadem Iulia Domna dicitur etiam *Mater Augustorum*; sed notandum deletas esse quatuor postremas literas in adpellatione AVGVSTORVM. Id contigit iubente Caracalla, qui acerbissimo odio insectatus est Septimium Getam Caesarem fratrem suum, eiusque nomen in publicis monumentis deleri praecepit. Si otium est, vide quae adnotavimus in Parte I. Inscriptionum antiquarum, quae in Etruriae Vrbibus exstant (1).

AN-

(1) Pag. 6. & 7. num. II. Vide etiam quae in eodem opere mox adnotantur pag. 34. & 35. ad Inscript. adlat. num. LVIII.

CLXVIIII.

ANTONINVS CARACALLA.

A. *Imperatoris Antonini Caracallae caput ornatum corona radiata.*

B. ATT. KAI. M. ATP ANTΩNEINOC. Αὐτοκράτωρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντωνεῖνος. *h. e.* Imperator Marcus Aurelius Antoninus.

F. *Caput Iuliae Domnae.*

E. AΔANEΩN IOTΛIAN ΔOMNAN CEB. Ἀδανέων Ιουλίαν Δόμναν Cεβαςήν. *h. e.* Adaneorum (*populus colit*) Iuliam Domnam Auguſtam.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. I. G. XVII.

MVltis magniſque honoribus Iuliam Piam matrem ſuam profecutus eſt Antoninus Caracalla, praeſertim quum Imperium Romanum ſolus moderari coepit. Ei ſiquidem iuſta & utilia monenti, licet minime obtemperaret; tamen, uti memoriae proditum a Dionis Exſcriptore (1), curam libellorum atque epiſtolarum utriuſque generis, praeter admodum neceſſarias, commiſit; eiuſque nomen pariter cum ſuo & exercitus nomine poſuit, adiectis magnis laudibus in epiſtolis, quas mittebat ad Senatum, dum omnes valere ſcriberet: ad haec omnes primarios viros publice ſalutari ab ea, non ſecus ac a ſe, declarabat. Adceſſere ſplendidi tituli, quos a Senatu habuit; nam, ut vidimus, Mater Caſtrorum & Auguſtorum, item Mater Senatus & Patriae adpellata eſt, habitaque veluti altera Ceres, magna Deûm mater Cybele, Venus altera & Diana, & ut ab Oppiano dicitur (2) οὐλείπουσα Σελήνη: *indeficiens Luna*; quare etiam cum falcatae Lunae immagine in numis expreſſa ſpectatur. T. LVI. n. I.

Tamquam praeſenti Deae cultum ei decrevere Adanei, antiquiſſimae urbis Ciliciae populi, uti numiſma hoc valde inſigne eiuſque epigraphe teſtatur; quod ea, ut reor, iuvante vel privilegia, vel beneficia non contemnenda acceperunt ab eius filio Antonino Caracalla, Romanum imperium iam adepto: cui etiam hoc amoris & obſequii ſui monumento, ni fallor, gratulati ſunt, declarantes & eum, & matrem divinis honoribus colere, quod aeternae Romani imperii propagationi edita ſobole conſuluiſſet,

(1) Hiſtor. Rom. Lib. LXXVII. pag. mihi 878.

(2) Cyneget. Lib. I. verſ. 7.

luiſſet, & quod Antoninum, Diis parem, per Aſiam traiicientem ſequeretur, & imperio dignum redderet. Nam Antoninum Baſſianum, ut cernimus, radiata corona, quae divinitatis inſigne eſt, condecorarunt, cuius rei cauſam, & rationes mox inveſtigabimus. Quamvis autem Caracalla Deorum nominibus adpellari vetuerit (1); conſtat tamen divinitatis opinionem toto terrarum orbe pervulgandam adfectaſſe: nam tamquam alter Alexander haberi voluit, ſeque, ut ait Dionis Epitomator (2), Ἑῷον Αὔγουςον *Orientalem Auguſtum* vocavit, & *Magni* cognomen obtinuit, quaſi Alexandri exemplo Orientem ſuo ſubieciſſet imperio, perdomuiſſetque. Exiſtimavit etiam ſe Solem referre dum currus agitaret: qua de re maxime gloriabatur, & ubicumque hiemavit amphitheatra, & circos gratis exſtruxit. Alexandrinos, a quibus omni honorum genere urbem intrans exceptus fuerat, ſparſa odoribus & ſuffimentis via omnique aditu, taedis praeterea & florum ſparſione, ſacris certaminibus in eius honorem editis, honeſtatus eſt; tamen quum multa ab eis contra ſe dici, irriderique, & matrem Iocaſtam vulgo adpellari reſciſſet, civitatem floremque omnem iuventutis delere minime dubitavit. Haud igitur mirum, ſi Adanei, ut morem gererent huic Imperatori, cum imaginem eius, tum matris in numo conſociarunt, Iuliam Domnam ſe colere adfirmantes, eiuſque filio ad Romani imperii faſtigium iam evecto tribuentes radiatam coronam: cuius uſum, ut alibi monuimus, Romani ab Etruſcis, Etruſci vero ab Aegyptiis aliiſque Orientis populis acceperunt. Memorat etiam Dio Caracallam interdum ſpecie & effigie Bacchi in publicum prodiiſſe: cui pariter convenire radiatam coronam obſervat doctiſſimus Bonarrotius (3).

Memoratur hic numus Mediceus ab Holſtenio in Notis & Caſtigationibus ad Stephanum (4), item a Vaillantio (5), & ab Harduino (6), qui emendat Occonem, apud quem pro ΟΔΑΝΕΩΝ, reponendum ΑΔΑΝΕΩΝ. Videtur Adaneos hunc numum percuſſiſſe, interemto iam Geta Imperatore, qui, iubente Caracalla, in ſinu eiuſdem Iuliae Piae matris occiſus eſt, duobus Aſpris Conſulibus, menſe Februario vel Martio, anno ab V. C. DCCCCLXV. Chriſti CCXII. aetatis ſuae anno viceſimo ſecundo, adiectis menſibus

(1) Vide Spartianum in eius vita.
(2) Ibidem ut ſupra pag. 873.
(3) In Numiſm. max. mod. Tab. IX. num. 5. pag. 191.
(4) Pag. 7.
(5) In Numis Imper. Graec. loquent. pag. 89. & 96.
(6) In Num. Populor. & Vrb. illuſtrat. pag. 6. & 593.

ſibus novem, uti ex Dione oſtendit Pagius (1), poſt Severi patris mortem. Inſigne marmor, in fine mutilum, lubet adferre, quo diſcimus vota & ſacra facta fuiſſe pro ſalute & incolumitate Antonini & Iuliae eius matris, quae *Ceres nova* in eo dici videtur, non ſecus ac in adlato ſuperius Mediceo marmore idem Antoninus Imperator ΝΕΟϹ ΔΙΟΝΤϹΟϹ *novus Bacchus* adpellatur. Exſcripſi ſexdecim fere ab hinc annis dum idem marmor exſtabat Florentiae in Hortis urbanis Principum Corſiniorum (2).

PRO SALVTE ET INCOLVMITA
TE DOMINI NOSTRI MARCI
AVRELI SEVERI ANTONINI PII
ET . IVLIAE . AVG. MATRI . AVG. N
ET CASTRORVM
CEREII IIO :: :: ::
:: ::

CLXX.

A. *Imperatoris* ANTONINI *caput radiata corona inſigne*.

E. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓ. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνεῖνος Αὔγουστός*. *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus Auguſtus.

P. *Baſſianus Antoninus & Geta togati ad aram accenſam, mutua concordia dextras iungentes*.

E. ΕΠΙ Τ ΑΙΛ ΚΑΠΙΤΩΛΙΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *h. e.* Sub Tito Aelio Capitolino Byzantiorum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. III. G. VI.

CAelatus eſt praeclarus hic numus, nunc primum in lucem editus, a Byzantiis, qui pro fraterno amore & concordia Baſſiani Antonini & Getae, vota & ſacra fecerunt, ut indicat ara ignita, quae media inter eos poſita eſt. Quo vero tempore caelatus ſit, declarat doctiſſimus Spanhemius T. LVI. n. II.

(1) In Annal. Baronii Tom. I. pag. 199. num. II. ad eum annum.
(2) Hoc anno MDCCXLI. quum hoc ipſum marmor quaereretur, minime inventum eſt, & ſubreptum fuiſſe ſubſpicati ſumus. Editum primo a me eſt in Par. I. Inſcript. ant. quae in Etruriae Vrbibus exſtant pag. 123. num. 8.

mius, nempe quum ſoli iam Auguſti eſſent, & imperarent (1), vita functo Severo patre, qui obiit Eboraci pridie Nonas Februarias, anno V. C. DCCCCLXIV. Chriſti CCXI. quum vixiſſet annos LXV. menſes IX. dies XXV. (erat enim natus III. Idus Apriles) & regnaſſet annos decem & ſeptem, menſes octo, dies tres, quemadmodum ex Dione oſtendit ſummus vir Pagius (2). Spectantur etiam in numo Nicaeenſium duo togati & dextras iungentes Caracalla & Geta, cum inſcriptione CΕΤΗΡΕΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Severia Philadelphia Nicaeenſium*; ſed in hoc numo non ara accenſa poſita eſt in medio eorumdem Caeſarum, ut in Mediceo, quem non ſemel diligenter inſpeximus; ſed menſa bipes cum urna ſive lebete, abſque tamen palmis; quare nil mirum ſi Vaillantio deſcribenti hunc ipſum numum Mediceum, quem citat inter Cimelia Cardinalis Leopoldi (3), non ara viſa eſt, ſed, ut ipſe ait, *urna ludorum intermedia*. Idem Nicaeenſium numus dedicatus eſt Imperatori Antonino Caracallae Auguſto cum epigraphe: Μ. ΑΥΡΗ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΑΥΓΟΥ. *M. Aurelius Antoninus Auguſtus*: ea, ut videtur, occaſione, qua Romani orbis regimini praefectus, Imperator a Severo adhuc ſuperſtite declaratus eſt; quamquam non negem ſub eodem Severo Imperatore percuſſum, uti viſum eſt celeberrimo Spanbemio (4); ſed priori calculo non invitus adcedam. Idem Antoninus Caracalla in numis SEVERVS non raro adpellatur (5), & quod notandum, in eo numiſmate Imperator non vocatur. Geta quoque laureato capite occurrit in praeclaro numo Bizyenorum, urbis Thraciae populorum, apud eruditiſſimum P. Eraſmum Froelich S. I. (6) cum epigraphe: ΑΥΤ, ΚΑ. Π. CΕΠ. ΓΕΤΑ. CΕΒ. in quo non tantum Auguſtus, ſed etiam Imperator adpellatur. Ita quoque in numo Nicopolitarum ad Iſtrum in Moeſia inſcribitur (7). Nondum pervulgato in Oriente teterrimo immaniſſimoque odio Caracallae in fratrem Getam, dum ipſi imperarent, frequenter celebrabantur ludi, ſacrificia, vota, ac feſta pro eorum fraterno amore & concordia, quam Severus pater dum viveret, perpetuo duraturam credidit. Memoratu dignum eſt inſigne numiſma medii moduli, quod primum innotuit curis

(1) In Epiſtola ad Andr. Morellium, quae apud eum V. eſt pag. 324. apud Liebeum III. pag. 539.
(2) In Annales Baronii ad hunc annum.
(3) Vide in Specimine Morell. Tab. XIV. num. 1. pag. 145. & 146.
(4) In Epiſtola ad Andr. Morellium, quae apud eum eſt V. pag. 324. quae III. eſt apud Liebeum pag. 539.
(5) In IV. Tentam. in Append. ad Numos Vrbium, Graece loquentium, ſub Auguſtis percuſſos, & a Vaillantio non vulgatos, pag. 255. in numo Hadriapolitarum, quem vide.
(6) Apud eumdem Cl. Froelich. pag. 286.
(7) Ibidem pag. 288.

ris praelaudati P. Froelich (1), a Caesareensibus Cappadociae percussum, cuius antica facies exhibet caput Caracallae laureatum; postica vero montem Argaeum, flammas evomentem, intra quem duae urnae cum palmis in unaquaque, ad sacros ludos ab iisdem editos declarandos, cum inscriptione: ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙCΑΡΙ. ΚΟΙΝΟC. ΦΙΛΑΔΕΦΙΟC. ΕΤ. ΙΔ. *Metropolis Caesareae*, sive *in Metropoli Caesarea Communis* (subauditur ΑΓΩΝ *Agon*) *Philadelphius* (Fraterno Amori sacer) *Anno* XIV.

Quod vero etiam post obitum Severi sacra certamina edita sint ab Orientis populis pro mutua eorumdem Caesarum Augustorum concordia & fraterno amore, elici potest ex his quae Dionis Exscriptor memorat (2); nam postquam Romam rediere, exstincto parente, mutuam inter se benevolentiam simulabant, conlaudabantque se invicem; quum tamen agerent omnia contraria. Inter haec decrevit Senatus ut pro concordia utriusque sacrificaretur Diis immortalibus, ac praesertim ipsi Deae Concordiae victimam eius Sacerdotes immolarent; quod tamen sacrum urgentibus fatis malisque ominibus minime peractum est.

Byzantii in honorem pariter Getae Caesaris numos cuderunt, quos Vaillantius describit (3); maximo vero honore prosecuti sunt Antoninum Caracallam, summorum beneficiorum ab eo susceptorum memores; nam eius interventu Severus pater vetusta iura, quae eis demerat, quod Nigri partes tenuissent iuvissentque, restituit; cuius insignis beneficii tempus sive epocham in numo, quem describit Cl. Harduinus (4), consignarunt. Adcedit, quod in honorem eiusdem Caracallae non semel sacra certamina maximo adparatu ac sumtu celebrarunt, quae ex eius nomine ΑΝΤΩΝΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΑ *Antoninia Augusta* dixerunt (5). Lampadum quoque agones forsitan celebrasse sub Archontibus C. Sallio Aristaeneto, & Aelide, indicat numus a Vaillantio pervulgatus e Thesauro Christianissimi Galliarum Regis (6), apud quem alter etiam numus, ex eodem Thesauro ab eo descriptus, in quo idem Caracalla Imperator a muliere turrita aliquid recepit, Archontis munus suscepisse ostendit, habetque hanc epigraphen: ΕΠ. ΑΡΧ. Μ. ΑΤ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΤ ΒΤΖΑΝΤΙΩΝ. *Sub Archonte Marco Aurelio Antonino Byzantiorum*; quamquam P. Harduinus in-

(1) Ibidem pag. 260.
(2) Histor. Rom. Lib. LXXVII. pag. mihi 871.
(3) Ibidem pag. 117.
(4) In Numis ant. illustr. Populor. & Vrbium pag. 105.
(5) Ibidem pag. 104.
(6) Pag. 99.

interpretetur ἐπὶ Ἀρχιερέως (1). Sub Tito Aelio Capitolino cusus tum hic, tum alter numus, qui describitur ab eodem Vaillantio (2): cuius typus, ut cernitur, mulier turrita, quae cistam eidem Imperatori Antonino Caracallae porrigit (3).

C L X X I.

A. *Antoninus laureato capite, nudo pectore: laeva hastam gerens.*

E. ΑΥΤ. Κ Μ ΑΥΡΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντονεῖνος Αὐγουστός. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Antoninus Augustus.

P. *Idem Antoninus militari veste amictus absque paludamento, stans inter duo militaria signa ad aram accensam; dextra pateram, sinistra hastam gerens.*

E. ΕΠΙ Ϲ ΕΞΟΥ. ΥΠΑΤΟΡ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝ ΕΥΤΥΧΟΥ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ἐπί Στρατήγου Ἐξουσίαν Ὑπατορικὴν Αὐρηλίου Αντωνίνου Εὐτυχοῦ Σμυρναίων Νεωκόρων. *h. e.* Sub Praetore Potestatem Consularem habente Aurelio Antonino Eutyche, Smyrnaeorum Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. IV. G. VIIII.

T. LX. n. I. HErculem a Smyrnaeis cultum, testantur numismata, quae in honorem Caesarum Augustorum Augustarumque ipsi cuderunt. Ex his duo tantum memorare lubet, alterum Iuliae Piae Augustae, Imperatoris Antonini matri dedicatum; alterum Plautillae eius coniugi, cum imagine Herculis stantis, qui dextra scyphum, sinistra clavam & spolia leonis gerit (4). Credibile igitur videtur Smyrnaeos sub Herculis effigie Antoninum in hoc numismate integerrimo & elegantissimo exhibuisse tamquam Herculem alterum, Deorum consortio & cultu dignum, ut hoc summo honore ei adsentarentur. Huic meae coniecturae ansam praebet Spartianus, qui de Antonino, Asiam peragrante, haec scribit: *Excepit apros frequenter: contra leonem etiam stetit: quo etiam missis ad amicos litteris gloriatus est; seque ad* HERCVLIS *virtutem adcessisse iactavit. Post hoc ad bellum Armeniacum Parthicumque conversus, ducem bellicum, qui suis competebat, moribus fecit.* Pueritiam egressus, conspecto Alexandri Magni Macedonis corpore, Magnum, atque Alexandrum se adpellari iussit: adsentantium fallaciis eo perductus, ut truci fronte, & ad laevum humerum conversa cervice, quod in ore Ale-

(1) Loco superius citato pag. 105.
(2) Ibidem.
(3) In memorato opere pag. 99.
(4) Vide apud Vaillantium pag. 95. & 114.

Alexandri notaverat, incedens, fidem vultus fimillimi perfuaderet fibi, tefte P. Victore. Tanti Regis gefta femper in ore habuit, memoriamque eius omnibus modis renovavit, ftatuis, imaginibufque nulla non in urbe poni iuffis, Romamque ipfam, Capitoliumque, & templa univerfa referfit Alexandri fimulacris, ut memorat Herodianus (1). Quum igitur & ipfemet Alexander Magnus ab Hercule genus ducere gloriaretur, & Herculem Liberumque patrem fe aequaturum iactaret (2): haud mirum fi Smyrnaei Herculis fpecie effinxere eumdem Antoninum, veluti Magnum alterum Alexandrum.

Ex Dione (3) colligimus Antoninum Imperatorem anno V. C. DCCCCLXVIIII. Chrifti CCXIV. in Afiam profectum, & Nicomediae hiemaffe, & ad bellum contra Armenos & Parthos in ea civitate fe praeparaffe, ducta etiam in fequentem annum ibidem mora ufque ad diem natalis fui, qui fuit VIII. Eidus Apriles; quare quum omnes fere Afiae urbes perluftrarit, uti ab Herodiano (4) ceterifque fcriptoribus memoriae proditum; minime abfurdum videtur coniicere etiam Smyrnaeos invififfe, qui ob fauftam felicemque in Armenos & Parthos expeditionem hoc numifma ei obtulerunt cum eius imagine in utraque parte, in altera Herculem, five Alexandrum Magnum referente: in altera eum difpofitis fignis militaribus facra facientem. Convenit hic typus cum altero, qui fpectatur in numis Cyzicenorum inter Cimelia cum Vaticana (5), tum Carpinea (6); qui numi eadem occafione eademque de caufa, non fecus ac numus ifte Smyrnaeorum, caelati cenfentur. Ad Parthicam expeditionem pertinere cenfuit Cl. Bonarrotius duo numifmata a Comite Mediobarbo edita (7), in quo idem Antoninus Imperator medius ftat inter militaria figna, cum infcriptione PROFECTIO AVG. & PROFECTIO AVG. FELICISS. Ara ignita ante expeditionem vota Diis nuncupata defignat, & facra folenni ritu ab ipfo Imperatore tunc forfitan Smyrnae degente, & ab ipfis Smyrnaeis peracta, qui fe primos Afiae, & ter Neocoros fuiffe fub eodem Antonino in editis numis predicant (8). Vaillantius defcripfit Mediceum hunc numum praeftantiffimum, fed cum hifce

men-

(1) Lib. IV. Cap. VIII.
(2) Vide Q. Curtii Hiftor. Lib. IX. Cap. II. v. 29.
(3) In Excerptis Lib.
(4) Lib. IV. Cap. VIII.
(5) Tab. LI. num. III. in quem vide Obfervat. Cl. Venuti pag. 104.
(6) Tab. VIIII. num. 8. pag. 204. de quo luculenter Sen. Bonarrotius.
(7) In Antonino Caracalla.
(8) Vide Cl. Harduinum in Numis ant. Popul. & Vrb. illuftr. pag. 468. & 469.

mendis: ΕΠΙ ΕΞ. ΕΧΟΝ. ΥΠΑΤΟΡ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝ. ΕΥΤΥΧΟΥΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ : quae inſcriptio genuinae ſuae integritati nunc reſtituitur. Heroum more, nudis humeris, ſolaque aegide ad laevam conteɛtis, ſculptus cernitur Antoninus in numo maximo Muſei Carpinei, quem illuſtrat Senator Bonarrotius (1), cuſo a Communi Thracum, quod in eius honorem Alexandrina Pythia certamina edidit, de quibus mox differemus.

CLXXII.

A. *Caput Imperatoris laurea revinctum.*

E. ΑΥ ΚΑΙ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνεῖνος. Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus.

P. *Imperator paludatus ſtans, laeva parazonium tenet: pone Victoria cum palma, eum coronans.*

E. ΕΠΙ ϹΤΡ ΑΠΕΛΛΟΥ Β̄ ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ ΜΥΤ ⁞⁞ ΛΗΝΑΙΩΝ. *h. e.* Sub Praetore Apella iterum Menemachi F. Mytilenaeorum.

Ex aere flavo. Pond. S. xx. G. x.

T. LVI. n. III. FIgurae in hoc Mytilenaeorum numo pereximio, in honorem Imperatoris Antonini cuſo, integrae ſunt; epigraphe vero, praeſertim averſae partis, iniuria temporis vetuſtatiſque ita labefactata eſt, ut mirum non ſit ſi in ea legenda L. Holſtenius, vir ceteroquin oculatiſſimus, valde hallucinatus ſit, qui in hunc modum exſcripſit (2), ſimul coacervatis litteris: ΕΠΙΣΤΡΑΓΑΜΟΥ ΕΠΙΜΑΧΟΥ: ſubtus: ΛΗΝΑΙΩΝ. Cl. Harduinus (3) vitioſe deſcriptum ab Holſtenio cenſuit, & haud dubie non ΛΗΝΑΙΩΝ; nam Λῆνος regionis nomen eſt, non oppidi (ſunt enim oppidis, non regionibus praefecti Στρατηγοὶ, hoc eſt Praetores) ſed ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ legendum eſſe. Praetoris nomen quoque vitiatum putavit, nec reſtitui poſſe, niſi inſpecto numo, dixit. Facem praetulit in tanta ambiguitate Vaillantius (4), qui integrum Mytilenaeorum numum eidem Antonino dedicatum deſcribens, eumdem typum praeferentem; hanc recte exhibet epigraphen: ΕΠΙ ΣΤΡ. ΑΠΕΛΛΟΥ Β. ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *Sub Praetore Apella iterum Menemachi F. Mytilenaeorum.* Quum hac de re fieri cer-

(1) Tab. VIIII. num. 2. pag. 167.
(2) Ad Numos antiquos Populorum & Vrbium illuſtrat. in Addend. pag. 577.
(3) In Notis & Caſtigationibus in Stephanum pag. 189.
(4) In Numos Imperat. Caeſ. a populis Graece loquentibus percuſſos pag. 105.

certior vellem , C. V. Abbas Antonius Nicolinius , e Marchionibus Pontis Sacci , de hac Mediceorum Numiſmatum accurata editione optime meritus , quum ſciret Erizorum numiſmata in Cimeliarchium Theupolae gentis tranſiſſe , a nobiliſſimo viro amiciſſimoque Barbonio Moroſinio idem numiſma ad fidem eius quod Vaillantius ſe deſcripſiſſe adfirmat , egregie diligenterque delineatum accepit , permittente ac favente Ampliſſimo viro Laurentio Theupolo Equite , Aedis D. Marci Procuratore , & Bibliothecae Praeſide ac Moderatore meritiſſimo , qui illud ipſum in numaria ſua ſupellectile locupletiſſima , quae publici iuris in eximio opere facta eſt , ſtudioſiſſime ſervat . Ope igitur huiuſce numiſmatis integrae ſinceraeque lectioni ſuae Medicei numiſmatis epigraphe paene deleta , reſtituta eſt ; cognitumque eſt egregie a Vaillantio deſcriptum fuiſſe : licet in eo peccet quod puncta interſerat , quae inter ipſas litteras non obſervantur ; quum in fine tantum poſt ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ. punctum habeatur .

Neque ſingulare eſt in numis Mytilenaeorum exemplum illud , quod priores tantum quatuor litterae ΜΥΤΙ in area ſcriptae ſunt ; reliquae vero ΛΗΝΑΙΩΝ in exergo : quae tenebras offudere Holſtenio , qui Mediceum numum non Mytilenaeis , Lesbi inſulae populis illuſtribus , & liberis (1) , ſed Lenaeis in Piſitarum regione adſcripſit . Ita quoque ſcriptum in alio numiſmate , quod iidem Mytilenaei Imperatori Licinio Valeriano dedicarunt : quod vide in Regia Gaza Chriſtianiſſimi Regis (2) . Aliis exemplis ſuperſedeo ; quae in medium proferri poſſent . In alio numo , eximiae plane raritatis , quem iidem populi dedicarunt Titianae , coniugi Imperatoris P. Helvii Pertinacis , doctiſſimus P. Froelich , qui in lucem protulit (3) , inſculptos characteres omnino tenues fuiſſe arbitratur , quum iiſdem abſumtis , figurae tantum integrae remanſerint . Sed haec vitia ex ipſa interdum aeris qualitate oriri poſſe , nemo ignorat .

Quo vero tempore , quave occaſione conſecratus ſit Imperatori Antonino hic numus , ſi quis quaerat , quum in hiſce Graecarum urbium numis explicandis coniecturis tantum uti datum ſit : minime abſurdum videri poſſe crediderim , ſi dicamus facile percuſſum fuiſſe in memoriam victoriae Armeniacae vel Parthicae . Sed audiendus Spartianus : *Deinde* (poſt Getae interne-

(1) Vide Plinium Lib. V. Cap.
(2) Tab. XXXI.
(3) In Append. ad Numos Vrbium a Vaillantio vulgatos pag. 230.

necionem) *ad Orientem profectionem parans , omiſſo itinere , in Dacia reſedit . Circa Raetiam non paucos Barbaros interemit ; militeſque ſuos quaſi Sullae milites & cohortatus eſt & donavit .* Germanos ſubegit ; ſed Germanici nomen , patre vivo , fuerat conſecutus . Poſtea per Thracias cum Praefecto Praetorii iter fecit , & in Aſiam traiecit . *Poſt haec* (inquit idem Spartianus) *ad bellum Armeniacum Parthicumque converſus : inde Alexandriam petiit . Dehinc per Caduſios fines & Babylonios ingreſſus , tumultuarie cum Parthorum Satrapis manum contulit , feris etiam beſtiis in hoſtes immiſſis . Datis ad Senatum , quaſi poſt victoriam litteris* PARTHICVS *adpellatus eſt .* Deinde memorat idem Spartianus iterum Parthis bellum inferre voluiſſe . Quare poſtremis hiſce victoriis ut gratularentur Mytilenaei , vel felicem exitum ominarentur , hunc numum facile ei conſecrarunt . In alio numo eorumdem Mytilenaeorum , quem deſcribit Vaillantius (1) , tropaeum pro typo ſculptum eſt , & in alio tropaeum cum captivis : in altero vero , cuſo ſub Praetore P. Iulio Leone , Victoria in bigis , dextra gerens palmam : in alio idem Antoninus Imperator in quadriga ſtans , praeeunte figura militari , pone ſigna militaria . Haec doctorum hominum iudicio ſubiecta ſunto .

C L X X I I I.

A. *Imperator laureatus , thorace & paludamento inſignis . In area impreſſa monetarum Praeſidis nota ; caput nempe laureatum eiuſdem Imperatoris .*

B. ΑΤ ΚΑΙ Μ ΑΤ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρίλιος Ἀντωνεῖνος Σεβαςός . *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus Auguſtus .

Γ. *Menſa , ſupra quam duae urnae cum palmis : infra duae amphorae : inter quas ſcriptum :* ΠΤΘΙΑ : Pythia .

Ε. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΤΘΙΑ. *h. e.* Laodicenſium Neocororum Pythia .

Ex aere flavo . Pond. Vnc. I. S. III. G. XX.

T. LVII. *n. I.* COmplures Laodiceas numerari a Geographis (2) , exploratum eſt . Teſtantur Scriptores Laodiceam Syriae Septimio contra Peſcennium adhaeſiſſe , atque idcirco ob merita civilis belli , beneficium Italici iuris ab eodem Imperatore obtinuiſſe .

(1) Ibidem pag. 105.

(2) Strabone Lib. XI. XII. XVI. & Stephano de Vrb. &c.

nuiſſe (1) . *Eſt* (inquit Vulpianus) *& Laodicena Colonia in Syria-Coele , cui Divus Severus ius Italicum , ob civilis belli merita , conceſſit . Laodicea enim in Syria , & Berytos in Phoenicia iuris Italici ſunt , & ſolum earum* . Tranſtulit etiam in Laodiceam iura captae Antiochiae Syriae , eamque Metropolim provinciae fecit , & Laodicenſibus ſervire iuſſit , uti memorat Herodianus (2) . Quae *Iulia* dicebatur , accepto nomine ab Iulio Caeſare , aeramque ſuam ab eo numerabat ; mox aucta ſummis honoribus a Severo , adſumto eius nomine , *Severianam* ſe nuncupavit , & primam Syriae , uti legitur in numo in honorem Antonini Caracallae cuſo , quem e Muſeo Svecorum Reginae profert Vaillantius ita inſcriptum (3) : ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΡ. ϹΥΡΙΑϹ ΟΜΟΝΟΙΑ : *Iulienſium Laodicenſium Primorum Syriae Concordia* : & in altero in honorem eiuſdem Imperatoris , Metropoleos dignitatem oſtentat (4) : ΙΟΥΛ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ : *Iulienſium Laodicenſium Metropolis* . Alia plura numiſmata cuderunt Laodicenſes Syriae in honorem Antonini , mirifice ei adulantes , quod Iſidis ſeu Syrae Deae ſacra Romam deportaſſet , & templa ubique magnifica eidem Deae feciſſet , teſte Spartiano . Nec minore ſtudio matrem eius Iuliam Domnam proſecuti ſunt , quae e Syria ortum ducebat .

Verum , quum in hoc numo Laodicenſes nullis titulis decorentur ; ſed tantum Neocori dicantur : veroſimilius videtur non ad Laodicenſes Syriae pertinere , ſed ad Laodicenſes in Cariae & Phrygiae confiniis ſitos , qui ob Neocoriam ab Antonino acceptam , ſacra certamina Pythia eius nomini ſacrarunt , multiſque propoſitis praemiis, celebrarunt : nam duae urnae cum palmis, itemque binae amphorae , infra menſam repoſitae conſpiciuntur . Imperante Antonino , felicitatem ſibi promiſere iidem Laodicenſes , quod perſpicue indicat praeclarus eorum numus in Regio Galliarum Theſauro , cum epigraphe : ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΥΤΥΧΕΙϹ ΚΑΙΡΟΙ : *Laodicenſium Neocororum Felicia Tempora* : cuius typus , quatuor pueri , anni tempeſtates deſignantes (5) . Non pauca etiam cuderunt numiſmata in honorem Iuliae Domnae matris Antonini , quae deſcribit Vaillantius (6) . Eadem monetarii nota in area numiſmatis Medicei impreſſa , occurrit etiam in

(1) L. 50. Dig. Tit. 15. de Cenſ.
(2) Lib. III. Cap.
(3) Num. Imperat. & Caeſ. a Graec. popul. cuſ. pag. 103.
(4) Ibidem.
(5) Ibidem pag. 104.
(6) Ibidem , pag. 92.

in alio insigni numismate, eidem Antonino Caracallae a Laodicensibus dedicato, ex Albano Cimeliarchio in Vaticanum translato, primumque edito a Cl. Venuto (1); in quo, iuxta parvum caput laureatum, litterae ϹΕΒ. nimirum *Aug.* leguntur: typus vero elegantissimus exhibet Bacchum, Laodicensium Deum Praestitem, a panthera, & capra curru vectum, cui insidet Cupido tibiis canens, praeeunte Satyro, qui crupetia, & Baccha, quae tympanum pulsant. Epigraphe praeterea eiusdem numi memorat L. Aelium Pigretum Asiarcham Laodicensium Neocororum, nempe: ЄΠΙ. Λ ΑΙΛ ΠΙΓΡΗΤΟϹ ΑϹΙΑΡ. ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. Nec silentio praetereundus alter numus insignis eorumdem Laodicensium, Antonino consecratus, qui adservatur in Thesauro Christianissimi Regis (2), quo auspice, coniicere possumus hos populos sacra certamina Pythia, quae in Mediceo indicantur, celebrasse in eius honorem, ob devictos ab eo Parthos, sive Alemannos; nam typus aversae partis exhibet eumdem Imperatorem stantem, sinistra hastam, dextra parvum Victoriae simulacrum gerentem, cuius capiti aquila coronam imponit, cum duobus hinc inde captivis ad pedes, & epigraphe: ΚΟΜΟΔΟΥ ΚЄ. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟΥ ΛΑΟΔΙΚЄΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ ΔΟΓΜΑΤΙ СΥΝΚΛΗΤΟΥ. *Commodo Caesare Antonino* (supple *imperante*) *Laodicensium Neocororum*, *Decreto Senatus*. His adde alium numum Laodicensium praestantissimum, quem e Mauroceno Thesauro protulit Cl. Patinus (3), & erudite illustravit (4): cuius typus Rhea, Iovem infantem, quem recens enixa est, sustinens: circa eam pugnantibus tribus Corybantibus, adstante Fortuna: decumbentibus hinc inde Fluviis Capro & Lyco, Laodiceam adluentibus.

Im-

(1) Tab. LVI. num. 1. pag. 113. quem vide.
(2) Tab. XIX.
(3) Vide pag. 74.
(4) In Epistola, qua *Iovis Natalitia* declarat, typis impressa.

CLXXIIII.

A. *Imperator laurea corona, & thorace cum Gorgonis capite in medio insignis.*

E. ΑΥΤΚΡΑΤ (*sic*) Κ ΜΑΡΚΟϹ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ .... Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνεῖνος .... (*supple* CЄΒ. *vel*, *quia spatium, detritis litteris, capax est:* CЄΒΑϹΤΟϹ.) *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Antoninus Augustus.

P. *Imperator equo vectus, cum dextra manu erecta; cui mulier turrita, Pergami Genius, dextra imagunculam Aesculapii, sinistra hastam praeferens, occurrit.*

E. ΕΠΙ ϹΤΡ ΙΟΥΛ ΑΝΘΙΜΟΥ. ΠЄΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙϹ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. *h. e.* Sub Praetore Iulio Anthimo Pergamenorum Primorum tertium Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. x. G. VI.

FVisse Caracallam aegra corporis valetudine, quod morbis, partim evidentibus, partim occultis, correptus esset, narrat Dio (1). Aeger, & in furorem actus, frequentavit Apollinis Grynaei, Aesculapii & Serapidis templa: precibus quoque, pervigiliis, hostiis, donis, omni denique ratione, quamquam irrito conatu, contendit, ut eorumdem Numinum ope sanitatem recuperaret (2). Herodianus Pergamum, celeberrimam Asiae civitatem, concessisse memorat (3), postquam Thraciam Macedonibus conterminam peragravit, ut *Aesculapii curationibus uteretur. Quo postquam pervenit, somniis, quandiu voluit, captatis, Ilium mox petiit.* Adventus eius Pergamum, ut videtur, referri potest ad initium anni DCCCCLXVII. ab V. C. Christi vero CCXIV. ut opinatur Cl. Bonarrotius (4), quum inchoaret Tribuniciam Potestatem XVII. nam in sequenti, quum Romam de eius curationibus perlatum esset nuntium, percussus est numus, quem profert idem Bonarrotius (5) cum imagine Auxiliatoris Dei Aesculapii, eiusque filii Telesphori. Alia vero plura, quam Dio & Herodianus, docent numismata a Pergamenis percussa in honorem eiusdem Caracallae, quae multa, & illustria sunt. Ea enumerat Bonarrotius (6). Adde hunc Mediceum numum, perleganti emblemate insignem, in quo Pergameni adventum eiusdem Principis optatissimi ad urbem suam, T. LVII. n. III.

(1) Histor. Rom. Lib. LXXVII.
(2) In [illegible] Peirescianis apud Dionem pag. 753 quae ad [illegible] in Epistola I. ad Amer. Meremam, apud [illegible] pag. 192.
(3) Lib. IV Cap. VIII.
(4) In Num[illegible] Carp. Mus. pag. 194.
(5) Ibidem, ad Lib. V [illegible]
(6) Ibidem, pag. 192. 193. 194. & 195.

ſuam , eumque preces & vota Aeſculapio Pergameno offerentem , ut ſanitati reſtitueretur , exhibuerunt . Vaillantius , e Muſeo Illuſtriſſimi Abbatis De Camps , alterum numiſma Pergamenorum profert (1) , in quo idem Caracalla depingitur , equo vectus , atque ante Aeſculapii ſimulacrum baſi , ſeu cippo impoſitum , elata quidem manu ſubſiſtens , & more eorum , qui vota Diis nuncupantes ſculpti ſunt , ſalutem ab Aeſculapio depoſcens . Alterum numiſma huic ſimillimum , ſed in reliquis variante typo , adſervatur in Regia Gallorum Gaza (2) . In ea alia duo praeclara numiſmata Pergamenorum conſpiciuntur , ſub Praetore M. Caerea Attali F. percuſſa , in quibus idem Imperator Antoninus Caracalla togatus , ſacra facturus cum patera ſtat ante templum , in quo cernitur Iovis ſive alterius Numinis ſimulacrum , adſtante popa , iam iam taurum immolaturo . Cum typo adſimili , ſed in multis variante , alium numum Pergamenorum exhibet Vaillantius (3) e Muſeo praelaudati Abbatis de Camps ; in cuius explicatione alterum deſcribit , cenſetque Caracallam expreſſum eſſe ſacra facientem ante templum Iovis *Philii* . Alter adſimilis numus editus cernitur , e Piſanio Muſeo depromtus (4) . Sed longe accuratius idem numus expreſſus conſpicitur inter Vaticana , quem vide penes Cl. Venutum (5) . Praeter Aeſculapium , Teleſphoro quoque Antoninum vota ſua nuncupaſſe , & ſacra feciſſe apud Pergamenos , docet eorum rariſſimum numiſma , in Vaticano Cimeliarchio adſervatum (6) : in quo Teleſphorus ſuper baſim ſtans cernitur : adſtante a dextris Aeſculapio , a ſiniſtris vero eodem Antonino , imperatorio paludamento & armis decoro , qui elata dextra vota concipit , eorumdemque Numinum opem implorat . Numiſma hoc percuſſum eſt ſub Marco Caerea , Attali F. Pergamenorum Praetore . Quod veteres Scriptores ſilent , conſtat numorum hiſtoria teſte , vota pro eius ſalute nuncupata Serapidi Deo , ceteriſque Diis ſalutaribus apud Colophonios (7) , apud Smyrnaeos cum Pergamenis concordia iunctos (8) , & apud Perinthios (9) , ut mox obſervabimus . Qui plura cupit adeat ſummos viros Spanhemium (10) Vaillantium , & Bonarrotium (11) .

Im-

(1) Ad Selectiora Numiſmata. Tab. pag. 66. num. III.
(2) Tab. XVIII. & XX.
(3) Tab. pag. 71. num. IX.
(4) Tab. XLII. num. I.
(5) Tab. LVIII. num. I. pag. 117.
(6) Tab. LII. num. I. pag. 105.
(7) Vide Vaillantium in Numiſm. ſelect. pag. 69. num. XII.
(8) Ibidem pag. 65. num. IV.
(9) Ibidem pag. 71. & inter Vaticana Tab. LIII.
(20) In Epiſtola ad Morellium , quae I. eſt apud Liebeum pag. 492. & II. pag. 507.
(11) Ad Numiſm. muſ. Carpin. Tab. VIIII. 6. pag. 193.

C L X X V.

A. *Imperator laurea revinctus, pectore thorace armato, ornatoque Gorgonis capite.*

E. ΑΤΤΚΡΑΤ. Κ ΜΑΡΚΟϹ. ΑΤΡ. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντονεῖνος. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Antoninus.

P. *Tria templa, quorum medium tetrastylum, cuius in tympano scriptum* Κ ΑΝ. *continet Iovem sedentem, qui laeva hastam, dextra Victoriolam tenet.*

E. ΕΠΙ ϹΤΡ Μ ΚΑΙΡЄΑ ΑΤΤΑΛΟΤ ΠЄΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. Ἐπὶ Στρατήγου Καῖρεα Ατταλοῦ Περγαμήνων Πρώτων Γ Νεωκόρων. *h. e.* Sub Praetore Marco Caerea, Attali F. Pergamenorum Primorum tertium Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XIII. G. VIII.

BEllum molienti Antonino Caracallae, dum in Syria moratur, contra Armenos & Parthos, parantique, Dione teste, ingentes machinas, & ad arma exercenti phalangem, quam Macedonicam dixerat & instituerat; Pergameni, maxima adulatione devoti numini maiestatique eius, numisma hoc praestantissimum dedicarunt, in quo tria templa exhibuerunt, quorum alterum censet doctissimus Vaillantius (1) Augusto iam dedicatum, de quo Tacitus (2): alterum vero e regione constitutum, in honorem Traiani Caesaris ab iisdem erectum: tertium intermedium, Iovi Φίλιῳ, amicitiae Praesidi, consecratum. Vaillantium sequitur Cl. Venutus (3), qui alterum Pergamenorum numisma cum eodem typo illustrat; in quo tamen, ut idem observat, Iupiter in mediano templo sculptus sedens, non Victoriolam, sed fulmen ostentat. Verum, tum in Mediceo hoc numismate, tum etiam in duobus aliis, quorum alterum in regio Galliarum Thesauro (4), alterum in Museo Abbatis de Camps exstat, a Vaillantio, ut dixi, editum (5), Iupiter non fulmen, sed Victoriolam dextra manu praefert: quod symbolum non Iovis *Philii* imagini; sed potius Iovis *Victoris* convenire videtur. Ita enim, ut vidimus, in numis Imperatorum Romanorum Iupiter exprimitur, manibus tenens Victoriam; quod omnia vincat, nec resistere ei quidquam possit (6). Quid si habitu formaque Iovis Victoris Pergamenos repraesentasse Antoninum, T. LVII. n. II.

(1) In Numism. Selectiora in aere max. mod. pag. 68. num. V.
(2) Annal. Lib. IV. Cap.
(3) In Numism. e Museo Albano in Vaticanum translata pag. 114. ad Tab. LVI. num. 2.
(4) Tab. XXI.
(5) Loco superius memorato.
(6) Vide Pharnutum de Iove, & Porphyrium apud Eusebium Lib. III. Cap. IX. de Praeparat. Evang.

num, & templum ei dedicaſſe ſubſpicemur? De templo ei dedicato, non leve argumentum ſuppeditat epigraphe, quae in tympano eiuſdem templi probe legitur in Mediceo numiſmate, per haec ſingularia, nempe; K AN. Καίσαρι ANτωνείνῳ: *Caeſari Antonino*: cuius epigraphes, adnotante Venuto (1), fruſtra quaeras veſtigia in Vaticano numiſmate: & in altero, quod exſtat in regio Galliarum Theſauro, (2) &, ut video, minus accurate exhibetur.

Huius igitur inſignis numiſmatis auctoritate docemur, Pergamenos templum (vel etiam tria, ut mox dicam) in honorem eiuſdem Antonini Caeſaris dedicaſſe, & in eius dedicatione ſacra certamina de more edidiſſe: quam coniecturam meam fulcit alterum Pergamenorum numiſma ex aere maximo praeclariſſimum, a Cl. Patino depromtum e Theſauro Mauroceno (3), in quo tria item templa ſculpta ſunt; medioque eorum Iupiter Victor exhibetur, atque in apice uniuſcuiuſque templi corona lemniſcata ſuperpoſita cernitur, quae ſacros ludos in eius honorem celebratos aperte declarant. In tympanis quoque horum templorum legitur titulus KAI AN CEB. de quo ſuperius diſſeruimus (4). Arbitror etiam haec templa, ut paullo ante obſervabam, temporaria fuiſſe, ad ornandum amphitheatrum ſeu circum exſtructa; vel ſi parva fuere, ex argento, vel aere, auri fulgore obducto, credibile eſt pro praemio victoribus donata fuiſſe. Hoc quoque numiſma percuſſum eſt ſub M. Caerea Attali F. Praetore Pergamenorum. Alterum adſimile luculenter illuſtrat Triſtanus (5), & Harduinus (6), qui Triſtanum corrigit, quod in tympano perperam viderit ſingulares litteras Δ N, verteritque Διὸς Ναὸς. *Iovis Templum*. Convenit cum deſcripto numo Theſauri Mauroceni alter numus Smyrnaeorum, Caracallae dicatus, quem vide inter Vaticana Cimelia penes Cl Venutum (7): cuius typus pariter ſunt tria templa: quorum illud, quod medium eſt, ornatur ſimulacro Romae Deae ſedentis, eorumdemque templorum apici totidem coronae lemniſcis ornatae, ſuperpoſitae ſunt, & in tympanis Imperatoris Antonini nomen diſtributum eſſe, ex litterarum veſtigiis autumat idem Venutus (8). Certamina illa, quae Pergameni celebrarunt, praeſente procul dubio

co-

(1) Loco ſuperius citato.
(2) Tab. XXI.
(3) Vide pag. 72.
(4) Pagg. 26. 27. & 28.
(5) Tom. II. pag. 211.
(6) In Num. Popul. & Vrb. illuſtr. pag. 394.
(7) Tab. LII. num. II. pag. 105. & 106.
(8) Ibidem.

eodem Antonino Imperatore, Olympica fuiſſe, docet eximiae raritatis numus ex Albano Muſeo locupletiſſimo in Vaticanum Cimeliarchium translatus, quem exhibet idem Venutus (1), in quo menſae impoſita praemia ſpectantur, nempe binae urnae ſeu lebetes cum palmis, & corona in medio, in cuius orbe ſcriptum ΟΛΥΜΠΙΑ: *Olympia*. Hic pariter numus percuſſus eſt apud Pergamenos, Praeturam gerente Iulio Anthimo, cuius paullo ante meminimus. Igitur, ut paucis dicta iam conferam, Pergameni hoc numiſma Antonino Caeſari dedicarunt, vel ob res ab eo bene ac proſpere geſtas, celeberrimaſque de hoſtibus ſuſceptas victorias: vel etiam tamquam auſpicium feliciſſimum aliarum, quas paranti ſe ad nova bella, mox eum conſecuturum ſperabant: votaque ſua Iovi Victori, ni fallor, obtulere, ut victor feliciter evaderet.

CLXXVI.

A. *Imperator cum laurea, & thorace, in quo Meduſae caput.*

Σ. ΑΥΤΟΚΡΑ Κ ΜΑΡΚΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ἀντωνεῖνος. *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Antoninus.

P. *Imperator equo vectus, laxatis fraenis, leonem in anteriores pedes procumbentem venabulo transfodiens.*

E. ΕΠΙ ϹΤΡ ΙΟΥΛ ΑΝΘΙΜΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗ:::: ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *h. e.* Sub Praetore Iulio Anthimo Pergamenorum Primorum Tertium Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. III. G. XX.

DE Antonino Caracalla memoriae proditum ab Aelio Spartiano, excepiſſe apros aliaſque feras frequenter, & contra leonem etiam ſtetiſſe: quo virtutis ſuae illuſtri documento valde gloriatus eſt, miſſis ad amicos litteris, quibus ad Herculis virtutem ſe acceſſiſſe iactavit. Haec contigere, ut memorat idem Spartianus, quum in Aſiam traiiceret. Herodianus (2) Spartiano conſonat, qui Antoninum belluarum venationibus intentum fuiſſe narrat. Pergameni numiſma cum typo confoſſi ab eo leonis percuſſere, ut eius virtutis, quam in privatis exercitationibus, publiciſque ludis egregie oſtenderat, monu- T. LV n. I.

(1) Tab. LV. num. II. pag. 111. 112.

(2) Lib. IV. Cap. XI.


numentum exſtaret ſempiternum. Duo iam prodiere in lucem numiſmata ex aere maximo, cum hoc ipſo Antonini Caracallae ex equo leonem iaculo adgredientis ſchemate: alterum e Theſauro Fridericiano, quod illuſtrat Cl. Liebeus (1): alterum e Cimeliarchio Albano, nunc Vaticano, quod explicat Cl. Venutus (2). Si utrumque conferas cum hoc Mediceo, non parum inter ſe differre obſervabis. Siquidem epigraphe adverſae partis in Fridericiano, ita ſe habet: ΑΥΤΟΚΡΑ Κ ΜΑΡΚΟϹ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. In Vaticano ad hunc modum: ΑΥΤΚΡΑ. Κ. ΜΑΡΚΟϹ. ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Iam in adlatis Pergamenorum numis vidimus conſtanter ſcriptum ΑΥΤΚΡΑΤ. pro ΑΥΤΟΚΡΑΤ. In Mediceo hoc tantum ſcriptum: ΑΥΤΟΚΡΑ. & deeſt ΑΥΡ. Spectatur etiam in eodem Mediceo nota monetarum cudendarum Praeſidis, quae in area ante faciem Imperatoris impreſſa, lauream coronam referre videtur. Averſa pars quoque Medicei numiſmatis ſi expendatur, & cum iiſdem antea editis conferatur, non parum diſcrepat tum in epigraphe, tum in ſchemate: nam epigraphe tam in Fridericiano, quam in Vaticano, ita ſe habet: ΕΠΙ ϹΤΡ ΙΟΥΛ. ΑΝΘΙΜΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ (harum poſtrema Ν in area prope dextrum pedem currentis equi ſcripta eſt) ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Mediceo vero duae litterae deletae ΝΩ & poſtrema Ν in area deſideratur. Praeterea Imperator eques venabulum dextra tenet, & vibrat in leonem; quum in duobus hactenus deſcriptis, Imperator dextra ſublata manuque aperta abſque venabulo ſpectetur, & iaculum infixum haereat in leone ad pedes corruente. His praenotatis, expenſiſque diligenter, haud vereor adfirmare Mediceum hoc numiſma ſubſpectum eſſe, atque ex alio antiquo ectypo fuſum, & oſcitanter corruptum manifeſte adparere.

Exſtant etiam alia Pergamenorum numiſmata iam edita (3), quorum typus Antoninus Caracalla eques, barbarum humi proſtratum haſta impetens, quae ſub Praetore eorum Hermogene caelata ſunt. Haec, ut auguror, barbararum gentium victorem Antoninum deſignant, facile percuſſa ob devictos Parthos, ſive prope Moenum Alamannos, gentem populoſam, ex equo mirifice pugnantem, ut memorat P. Victor. Numiſmata cum hoc emblemate non ſolum Pergameni, verum etiam Byzantii (4), & Thra-

(1) Cap. XI. §. XVIII. pag. 380. & 381.
(2) Tab. LV. num. I. pag. 111.
(3) Vide in Regio Chriſtianiſſimi Regis Theſauro Tab. XXI.
(4) In Regio Theſauro Tab. XXI.

Thraces (1), aliique Orientis populi in eius honorem percusserunt. Siquidem, ingenti caede barbarorum facta, uti narrat Herodianus (2), profligatis interemtisque Parthis, postquam in Mesopotamiam reversus est, Senatui, Populoque Romano per litteras significavit, subactum a se Orientem, cunctosque illius regni mortales in suam ditionem concessisse: quapropter Senatus metu atque adsentatione cunctos illi honores victoriae decrevit.

His elucidatis, pro coronide alius Pergamenorum numus addendus, quem nuper conquisitum, in sua Cimelia condidit V. C. Abbas Antonius Marchio Nicolinius, eumque lubet adferre; praesertim vero quia hunc ipsum describit Vaillantius (3), qui adnotat ex aere maximo constare, & inter Medicea Cimelia adservari; quem tamen non vidimus: itemque animadvertendum ad pedes tropaei unum tantum captivum sedere, altero stante: non duos, ut idem Vaillantius descripsit.



Epigraphe cum anticae, tum posticae partis, quae temporum iniuria, paene deleta est, ad fidem Vaticani numismatis integerrimi (4), quod eumdem typum praefert, ita restituenda est: ΑΥΤΚΡΑΤ Κ ΜΑΡΚΟϹ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Cernitur eodem modo Imperator Antoninus laurea decorus & thorace, in expeditione hastam ferens: in altera facie scriptum: ΕΠΙ ϹΤΡ ΙΟΥΛ ΑΝΘΙΜΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙϹ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Referri hic numus potest ad victorias a Caracalla relatas, tum ante quam in Asiam traiiceret, nimirum quum in Dacia resedit; nam circa Raetiam, ut diximus, adlato Spartiani testimonio, non paucos barbaros in-

(1) In Museo Pisanio Tab. XLI. num. III.
(2) Lib. IV. Cap. XI.
(3) Vide Tab. LV. num. III. pag. 112.
(4) In num. Imper. a Graec. popul. cus. pag. 107.

interemit, moxque Germanos ſubegit : tum poſt Aſiam perluſtratam, de quibus haec memorat idem Spartianus. *Poſt hoc ad bellum Armeniacum Parthicumque converſus, ducem bellicum, qui ſuis competebat moribus, fecit. Inde Alexandriam petiit*. Et paullo poſt : *Dehinc per Caduſios fines & Babylonios ingreſſus, tumultuarie cum Parthorum Satrapis manum contulit, feris etiam beſtiis in hoſtes immiſſis*. Datis ad Senatum quaſi poſt Victoriam litteris, Parthicus adpellatus eſt. Hos igitur Parthorum Satrapas forte innuunt captivi illi, quorum alter prope erectum tropaeum ſtat, alter humi iacet, manibus poſt terga revinctis. Referri etiam poteſt ad Alamannos ad Moenum amnem ab eo devictos : ſed Parthicae victoriae tribuendum, facile oſtendit pereximius numus a Vaillantio deſcriptus (1), quem Senatus Caracallae dedicavit, tamquam iuſto praelio Parthos viciſſet ; quare tropaeum caelarunt, ad cuius imum duo captivi ſpectantur, ſedente ex adverſo Victoria, & utraque manu oſtentante clypeum, in quo ſcriptum : VOT XX. nempe *Vota Decennalia*, quae pro eius ſalute & incolumitate ſoluta ſunt. Haec contigere quum Tribuniciam Poteſtatem XX. adtigiſſet, nimirum circa annum ab V. C. DCCCCLXX. Chriſti CCXVII. Huiuſce, licet tumultuariae victoriae, Pergameni perenne eius virtutis, gratulationis, obſequiique ſui monumentum exſtare voluerunt, quum eo largiente, praeter primatus honorem & dignitatem, ter Neocori facti eſſent ; de quibus omnium luculentiſſime diſſerit ſummus vir Bonarrotius (2). Quod vero iidem Pergameni nonniſi apud ſe, ut credibile eſt, morante, ſacriſque certaminibus praeſente Antonino, tertium Neocori facti ſint, ex eo etiam probari poteſt, quod vivente adhuc Severo patre, fratreque ſuo Geta, ſecundam tantum Neocoriam obtinuere ; cuius rei teſtis eſt numus inſignis eorumdem Pergamenorum, in honorem Getae percuſſus, cum hac epigraphe : ΕΠΙ CΤΡ. ΑΡΙCΤΟΦΑΝΟΥC ΑΝΘΙΜΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ : *ſub Praetore Ariſtophane Anthimi F. Pergamenorum iterum Neocororum :* cuius typus, Hercules dextra clavam erigens contra ſerpentem arbori circumvolutum, quem in Muſeo Svecorum Reginae ſe vidiſſe teſtatur Vaillantius (1).

Im-

(1) Numiſm. praeſt. Imperat Rom. Tom. II. pag. 265.
(2) In Num. max. mod. Muſ. Carp. ad Tab. IX. num. 6. a pag. 195. uſque ad pag. 201.
(3) In numis Imperat. a Graec. pop. cuſ. pag. 119.

CLXXVII.

A. *Imperatoris caput laureatum nudo collo.*

E. ATT. K. M ATP. CETHP ANTΩNEINOC ATΓ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σεύηρος Ἀντωνεῖνος Αὐγουστός. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Antoninus Augustus.

P. *Phoebus & Diana, sive Sol & Luna in biiugo curru, equis ocissime currentibus.*

E. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟ... *h. e.* Perinthiorum Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XIII. G. VIII.

CVm Pergamenis & Smyrnaeis, concordia simul iunctis, reliquisque Asiae populis certarunt Perinthii ut maximis honoribus Antoninum Caesarem, a quo summis, ut paullo ante observabam, beneficiis cumulati sunt, prosequerentur; quorum urbem nobilissimam, totiusque Asiae celeberrimam, adiisse iterum defuncto patre, sacrisque editis certaminibus adfuisse, credibile est: & quamvis veteres scriptores de Perintho diserte non meminerint; constat tamen eum Asiam omnem emensum, rebus ubique compositis, uti memorat Herodianus (1); quin & edita a Perinthiis praeclara numismata non obscure, ut videbimus, id innuere videntur. Ea igitur quae ab ipsis aere dumtaxat maximo percussa sunt, & ad hoc tempus in celeberrimis Europae Museis observantur, perlubet nunc breviter recensere: nec supervacanaeus labor videri potest, quum ex his omnibus non parva lux Mediceis adfulgeat, quae nunc primum in medium proferuntur. T. LVIII. n. II.

Sex diversis typis insignia numismata adservantur in ditissimo Christianissimi Galliarum Regis Thesauro: duo exhibent Herculem, urbis Perinthii conditorem: in uno idem cernitur (2) coronam capiti suo dextra imponens, laeva clavam & leonis Nemaei spolium gerens, stans prope arborem, cui suspensa est pharetra, & pone eum ara accensa: in altero (3) ad aram pariter accensam, festisque encarpis ornatam, supra quam evolat aquila, stans sculptus est, sacra facturus; nam dextra pateram tenet, sinistra clavam: in quo numismate Perinthii iterum Neocoros se praedicant, teste epigraphe: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. B. ΝΕΩΚΟΡΩΝ: *Perinthiorum*

(1) Lib. IV. Cap. VIII.
(2) Tab. XXI.
(3) Tab. XIX. Vide etiam alium numum cum eadem nota apud Cl. Bonarrotium Tab. IX. num. I.

rum iterum Neocororum. Vtrumque exſtat etiam in Cimeliarchio Vaticano (1) ; ſed in altero ex his in hunc modum variat epigraphe : ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ex his colligimus, Perinthios non tantum vota & ſacra pro Antonini incolumitate & victoriis edidiſſe ; verum etiam ſacros ludos, Diiſque parem eum feciſſe, ut eius benevolentiam aucuparentur, quem Herculem alterum ſe putare compererant. Herculis comitem iidem Perinthii eum exhibent in praeſtantiſſimo numiſmate, quod e Muſeo Carpineo, cum duobus aliis eorumdem populorum numiſmatis, protulit ampliſſimus Senator Bonarrotius (2) ; nam uterque ſtantes ſpectantur : Antoninus quidem a dextris, & Hercules a ſiniſtris, extenſis brachiis aliquot poma manu ſimul ſuſtinentes ; quae indicant praemia victoribus data in ſacris certaminibus : hincque coniicere licet, Antoninum Praeſidis ſeu Agonothetae munus apud Perinthios fortaſſe obiiſſe ; itemque lampadum certamen apud eos ſpectaſſe : quod, ut obſervat perſpicaciſſimus Bonarrotius, facile deſignat fax accenſa, quae ad aram inter eos mediam admota eſt. Ne diſcedam a numis Perinthiorum, qui Herculis labores exhibent, quos credibile eſt ſingulos in aliis numis ex ordine expreſſiſſe, uti coniicit Cl. Venutus (3) : in alio quoque ex aere magno eximiae raritatis numiſmate, quod ſervatur in Regio Galliarum Cimeliarchio, quod a Perinthiis cuſum eſt in honorem Getae, (quem etiam Imperatorem & Auguſtum adpellant) ſculptus cernitur octavum Herculis certamen, quo Diomedis Thracis equas Mycenas abegit (4) : cum hac epigraphe : ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ : quae perſpicue adſtruit, quod ſupra adnotavimus, Perinthios ſe *Philadelphos* nuncupaſſe, quum vota, ſacra, & ludos pro fraterno amore & concordia Caeſarum Auguſtorum Antonini & Getae, ut Severi eorum patris gratiam inirent, celebrarunt. Alia tria Perinthiorum numiſmata in honorem Antonini deſcribit Vaillantius (5), quorum alterum Herculem exhibet cum patera ad aram ſacrificantem, ſuſpenſo ad arborem arcu : alterum eumdem gradientem, cum arcu & ſagitta e pharetra depromta : alterum inter ſua Cimelia reconditum, in quo expreſſus Hercules Antheum comprimens. His adde Vaticanum numiſma, cuius typus, idem Hercules aprum Erymanthium in humeris ferens (6). Oc-

(1) Tab. LVII. n. III. pag. 116. & Tab. LIV. n. I. pag. 109.
(2) Tab. VIII. num. 4. pag. 182. 183. 184.
(3) Ad Tab. LIX. pag. 119.
(4) Tab. XXII.
(5) In numis Imper. Graec. pag. 108.
(6) Tab. LIX. num. I. pag. 119.

Occurrit etiam in eadem celeberrima Galliarum Regis Gaza alterum numiſma, cuius typus Serapis, Perinthiorum, ut ex aliis eorumdem populorum numis colligimus, tutelare Numen, ſtans ante aram ſacro igne fragrantem, elato dextro brachio, apertaque manu innuens ſalutem ſe daturum Antonino variis morbis adfecto; nam inter ſalutares Deos, non ſecus ac Aeſculapius, hic quoque Deus colebatur, a quo morborum curationes per ſomnium petebantur; de quo haec Cicero (1): *An Aeſculapius, an* SERAPIS *poteſt nobis praeſcribere per ſomnium curationem valetudinis: Neptunus gubernantibus non poteſt?* Et Suetonius (2): *Orantes opem valetudinis, demonſtratam a* SERAPIDE *per quietem*. Id etiam complura votiva monumenta penes Gruterum (3), Fabrettum (4), & Donium (5) teſtantur. Alia tria numiſmata cum eodem elegantiſſimo typo, ſtantis ante aram Serapidis, a Numographis edita habemus: unum in Muſeo Piſanio (6), reliqua inter Vaticana (7): ſed in altero ex his rariſſimo, quod ea maxima in parte, in qua non parva eruditionis ſeges eſt, vetuſtate detritum ſe vidiſſe teſtatur Tenzelius (8), dextra manu Serapis duo inſtrumenta oſtentat, quae e bubulo corio lora eſſe cenſet Cl. Venutus, in eum modum collecta; nam his explicatis, & manui brachioque circumligatis athletae utebantur, ſeque ceſto, ut in pugilatu certarent, armabant. Singulare prorſus eſt hoc inſtrumentum Serapidi tributum, & numquam antea viſum: de quo Venuti coniectura haud improbanda; licet veterum ſcriptorum auctoritate non ſit ſubfulta. Erit forſitan qui ad rem medicam pertinens inſtrumentum illud ſubſpicetur, vel enchiridium vel anabolium, quae inſtrumenta in antiquo lapide votivo, quem protuli inter Donianos (9), memorantur inter donaria Aeſculapio ſacra: ſeu potius cenſendum eſt menſurae quoddam genus, ſive cubitus, quem Serapis Aegyptiis monſtravit, ſervatumque in eius templo refert Sozomenus: quo plane inundationem Nili metiri ſolebant (10). Narrat Dionis Exſcriptor Antoninum dies noctesque in templo Serapidis evigilaſſe (11).

Memoranda ſuperſunt alia tria Perinthiorum numiſmata, Antonino

(1) Lib. II. de Divinat.
(2) In Veſpaſiano Cap. 7.
(3) Pag. LXXXIV. 8.
(4) Inſcript. ant. Cap. VI. num. XX. quem vide pag. 469. ubi adlata Ciceronis & Suetonii loca adfert.
(5) Inſcript. ant. Claſſ. I. num. 90.
(6) Tab. XLI. num. I.
(7) Tab. LIII. num. II. & III. pag. 107. & 108.
(8) In ſelecta Numiſm. Nummophylac. Guntheriani pag. 95.
(9) Inſcript. ant. Claſſ. I. num. 91.
(10) Vide Sozomenum Lib. V. Hiſtor. Eccleſ. Cap. III. de Iuliano, & Ruffinum Lib. II. Hiſtor. Eccleſ. Cap. XXIII. Bonarrotium in Num. Carp. pag. 273. & Tenzelium ibid.
(11) Lib. LXXVII. pag. m. 880.

tonino dedicata, quae exſtant in eodem regio Galliarum Theſauro (1): duo ex his, edita ab iiſdem Perinthiis, ſacra certamina Actia Pythia teſtantur: nam Vrbis Genius in altero ex his utraque manu parva templa oſtentat; in altero vero duo item templa e regione oblique poſita ſunt, adiectis lebetibus cum palmis; quorum emblemata paullo ante obſervavimus in numis Severi, eademque rurſum in hiſce numis Caracallae, tum in eodem Theſauro, tum etiam in Cimeliarchiis Mediceo, Vaticano (2), Piſanio (3), & Mauroceno (4) adſervatis, rurſus occurrunt, atque eadem fere in numis Getae, a Perinthiis percuſſis (5).

Alterum denique numiſma raritate conſpicuum in eodem regio Galliarum Cimeliarchio expendendum ſupereſt, quod in memoratis Muſeis deſideratur, eumdemque prorſus typum ac Mediceum praefert, nempe Phoebum cum Diana in biiugo curru ſtantes. Facile crediderim Perinthios habitu effigieque Solis Antoninum expreſſiſſe; Lunae vero Iuliam Piam matrem eius, quam novam Cererem, & Lunam indeficientem adſentatores dixere. Solem ſe imitari quam maxime gloriatus eſt Antoninus, teſte Dionis Abbreviatore (6), his verbis: Καὶ ἔλεγεν κατὰ τὸν Ἥλιον τῇ ἁρματηλασίᾳ χρῆσθαι, καὶ ἐσεμνύνετο ἐπ᾽ αὐτῇ. *Dicebat etiam ſe in agitandis curribus Solem imitari, eaque in re maxime gloriabatur*. Praeterea amphitheatra, & circos in locis omnibus, in quibus hiemavit, aut ſe hiematurum ſperavit, gratis exſtruxit (7). Inter admiranda Vrbis nemo eſt qui neſciat Caracallae Circum a Scriptoribus memoratum; & Circenſium certaminum praeſides Deos Solem & Lunam fuiſſe (8). Quia vero Iulia Caracallae mater, quae eum in Aſiam traiicientem ſecuta eſt, primum locum tenet in adlato emblemate: hinc eius praecipue reſpectu, quae Lunae habitu atque forma expreſſa eſt, non vero filii ſui Caracallae, qui, ut videtur, imagine Solis inducitur, biga potius, quam quadriga adſignata conſpicitur. Lunae bigam, Soli autem quadrigam convenire, nemo eſt qui ignoret.

(1) Tab. XXI.
(2) Tab. LIII. num. I. & Tab. LIV. num. II.
(3) Tab. XLII. num. II.
(4) Apud Cl. Patinum pag. 72.
(5) Vide Vaillantium ibidem pag. 119.
(6) Hiſt. Rom. Lib. LXXVII. pag. m. 875.
(7) Eodem teſte ibidem.
(8) Vide Panvinium de Lud. Circ. Lib. I. Cap. XVI. & XVII.

CLXXVIII.

A. *Imperator laureatus, & paludatus.*

Ε. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. CEΥΗΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΑΥΓ. *Αὐτοκράτορ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρος Αντωνῖνος Αὔγουστός. b. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Antoninus Augustus.

Ρ. *Idem Antoninus Imperator, radiata corona cinctus, stans in quadriiugo curru; dextra manu extensa globum; laeva scipionem gerit, cuius vertici imposita aquila.*

Ε. ΠΕΡΙΝ:: :: ::·:: ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *b. e.* Perinthiorum Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XV. G. V.

SCriptorum Romanae Historiae, praesertim Dionis (1), & Herodiani (2), auctoritate constat, Antoninum Bassianum, occiso Geta fratre suo, anno V. C. DCCCCLXV. Christi CCXII. mense Februario, vel Martio, uti observat celeberrimus Pagius (3); proindeque elapso fere integro anno, postquam Severus pater decesserat, caesis his quoque, qui fratris sui partes secuti fuerant, stimulante malorum facinorum conscientia, statim Roma discessisse, ut milites ordinaret, & provincias inviseret. Igitur militibus ad Danubium ordinatis, in Thraciam Macedonibus conterminam discessit, ubi continuo Alexander alter evasit. Postmodum ordinatis urbibus, Pergamum adiit, ut Aesculapii curationibus uteretur; quod contigisse autumat Bonarrotius (4), Antiquitatis scrutator diligentissimus, anno V. C. DCCCCLXVII. Christi CCXIV. quum iam inchoaturus esset Tribuniciam Potestatem XVII. Iam Consulatus sui quarti fasces adeptus fuerat; quem iniit anno V. C. DCCCCLXVI. Christi CCXIII. quum esset Tribuniciae Potestatis XVI. quam circa mensem Aprilem inchoavit. Relicto Pergamo, Ilium mox petiisse narrat Herodianus (5), qua in urbe tumulum Achillis, quem coronis & floribus exornavit, invisit, sepulto ibidem Patrocli more Festo liberto suo: deinde Asiam omnem perlustravit. T. LVIII. n. III.

His paullo altius ex ordine expositis, probabile admodum est, Perinthios, apud quos Antoninum iterum post excessum patris divertisse nemo est qui dubitet, hunc praeclarum numum

(1) Histor. Rom. Lib. LXX
(2) Lib. IV. Cap. VII.
(3) Ad Annales Baronii ad hunc annum pag. 199.
(4) Ad Numism. Carpin. max. mod. pag. 191. & 192.
(5) Hist. Rom. Lib. IV. Cap. VIII. Vide etiam Spartianum in Caracalla, & Dionem apud Xiphilinum Lib. LXXVII.

in eius honorem cudiſſe circa memoratum annum ab V. C. DCCCCLXVII. Chriſti CCXIV. Annus iſte Antonini itineribus per Aſiam aptius convenit, quam annus V. C. DCCCCLXVI. quo Bonarrotius eum cenſet Perinthum adceſſiſſe, uti etiam obſervat Cl Venutus (1): niſi dicamus eius adventum ad Perinthiorum urbem circa illius anni finem contigiſſe.

Perſpicuum eſt Perinthios in hoc numo exhibuiſſe Antonini proceſſum Conſularem. Fateor nihil obſtare, quo minus alios Imperatoris proceſſus Conſulares vel Romae, vel alibi magnifice exhibitos, Perinthii in ſuis numis memoriae mandare potuerint, ut animadvertit Venutus: tamen quum evidens ſit, Antoninum iniiſſe Conſulatum ſuum quartum cum D. Caelio Balbino iterum Conſule, quum Aſiam peragraret, & clariſſimas urbes inviſeret, & forſitan quum apud Perinthios eſſet: facilius crediderim non alterius Conſulatus quam quarti proceſſum in hoc numo expreſſiſſe Perinthios apud ſe ſumma pompa celebratum, datis largitionibus, factis ſacris, editiſque certaminibus, ad quae idem Imperator Antoninus curru vectus proceſſit.

Alia addere ad explicationem huius numiſmatis, ſupervacaneum arbitror, quum ad alterum eodem typo inſignem, e Muſeo Carpineo depromtum, luculentiſſimas obſervationes protulerit Cl. Bonarrotius (2). Convenit Carpineum numiſma cum Mediceo, eoque auſpice manca eius epigraphe ſuppleri poteſt, nempe: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quum autem horum numiſmatum typi tum epigraphe, tum imagine Imperatoris in quadriiugo curru ſtantis diſcrepent a tribus aliis Perinthiorum numis, qui in regio Theſauro Chriſtianiſſimi Galliarum Regis (3) & in Vaticano Cimeliarchio (4), & Piſanio exſtant (5), in quibus Conſularis proceſſus eiuſdem Antonini exhibetur; nam in his Antoninus, non radiato capite, ſed laureato procedit, faciemque laevorſum converſam habet: coniicere non ſine aliqua ratione poſſumus, eadem occaſione repetita a Perinthiis numiſmata fuiſſe, quum proceſſus Conſularis pompa non ſemel celebraretur; exploratumque eſt in Novella Iuſtiniani CV. non ſex (6), ſed ſeptem proceſſus permitti Conſulibus, quos ex eadem Novella enumerat & illuſtrat eximius Noriſius (7).

Cur-

(1) In Numiſm. Albano-Vaticana Tab. LIV. n. III. pag. 110.
(2) In Tab. IX. num. 5. a pag. 185. ad pag. 192.
(3) Tab. XXI.
(4) Loco ſuperius memorato.
(5) Tab. XLI.
(6) Erravit Cl. Venutus ſex permiſſos ſcribens pag. 110.
(7) Cap. V. Diſſert. de Numiſm. Impp. Diocl. & Maximin.

Currus, quo Antoninus Conſul procedit, in Mediceo numo non ſolum encarpis, ſed anaglyphis operibus ornatus cernitur; ſed quid exhibeant emblemata illa, ob earum exiguitatem expiſcari non potuimus. Quae autem fuerit curruum forma, quibus Imperatores Conſules procedebant, ex vetuſtis numis diſcimus. Alti ſiquidem fuere, turrim referentes, intecti auro, plerumque ornati gemmis, atque ex ebore ſculpturis (1): nec figura, ornamentiſque a triumphali curru diſcrepaſſe conſtat, quibus ad ludos edendos triumphantes procedebant. Neque vero certi aliquid ſtatuam de figura illa perparva, quae poſt Imperatorem in curru ſtans cernitur: quum eo in loco aes valde detritum ſit. In numo Carpineo Tritonem marinum pro inſigni currus ſculptum expendit oculatiſſimus Bonarrotius (2): in eoque Imperator Antoninus dextra manu urnam, ſeu lebetem, his ſimillimum, qui athletis victoribus pro praemio in numis ſuper menſam exponuntur; in Vaticano vero pateram praefert: ſed in Mediceo globus, Romani orbis & imperii ſymbolum, in eius manu adparet; licet id pro certo minime adfirmem. Eodem emblemate ornatum numum, Romae aeri magno percuſſum, exhibet Vaillantius (3) e Muſeo Illuſtriſſimi Abbatis de Camps, occaſione proceſſus Conſulatus eius quarti: ſed eius epigraphe nonnullis mendis ſcatet.

In hoc proceſſu ſuo Conſulari Antoninum radiata corona uſum fuiſſe, perſpicuum eſt; quam Romanos ab Etruſcis accepiſſe, paullo ante diximus: nam non Deorum tantum; verum etiam ſummorum Ducum, vel Regum quoque apud Etruſcos ornamentum fuiſſe, ex antiquis huius nationis monumentis oſtendit Senator Bonarrotius (4). Getae quoque Auguſto Perinthii radiatam coronam tribuerunt, ut videre eſt in numiſmate adlato a Cl. Haymio (5).

(1) Ex Zonora Tom. III. Propertio Lib. I. Eleg. XVI. Ovidio Lib. IV. Triſt. Eleg. II.
(2) In Tab. VIIII. num. 5. pag. 190. & 191.
(3) Tab. pag. 65. num. 1. Numiſm. ſelectior.
(4) Ad Monumenta Etruſca Opera Dempſteriano addita §. XXX. pag. 53.
(5) In Tom. II. Theſaur. Britannici Tab. XVII. pag. 248.

C L X X V I I I I.

A. *Imperator haſtam in dextro humero ferens : laurea corona & thorace , cum Meduſae capite in medio , inſignis .*

B. ΑΥΤ Κ..... ϹЄΟΥΗΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΑΥΓ. Αὐτοκράτορ Καῖσαρ (*ſupple* Μ. ΑΥΡ.) Σεουῆρος Αντωνῖνος Αυγουστός . *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Severus Antoninus Auguſtus .

P. *Mulier tutulata & ſtolata , ſeu urbis Perinthi Genius , in medio ſtans : dextra pateram , ſiniſtra copiae cornu tenens : hinc Iupiter , laeva haſtae ſeu ſceptro innixus , dextra pateram tenens : inde Iuno .*

E. ΠЄΡΙΝΘΙΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. *h. e.* Perinthiorum Neocororum .

Ex aere flavo . Pond. Vnc. I. S. VIII. G. V.

T. LIX. *n. I.* NVnc primum in lucem prodit Mediceus hic numus cum elegantia tum raritate eximia praeclariſſimus ; numquam antea a Vaillantio aliiſque Numographis deſcriptus . Idem Antoninus Imperator , quum ſculptus ſit armis inſignis , & ferens haſtam laevo humero impoſitam , non obſcure indicare videtur , Perinthios hunc numum ei conſecraſſe in memoriam expeditionis , quam tunc contra Parthos moliebatur : neque , ut arbitror , dubitandum , tunc forſitan temporis , Caracalla apud Perinthios commorante , ſacra & vota pro ſalute , & proſperitate eius expeditionis peracta , itemque ludos celebratos : quod plane colligit Senator Bonarrotius ex alio Perinthiorum numiſmate Muſei Carpinei (1) , in quo eodem modo ut in Mediceo ſculptus eſt Antoninus admodum barbatus , haſtam in humeris ferens ; in poſtica vero facie Herculis , Perinthiorum urbis conditoris & patrii Dei , comes Antoninus exhibetur , uti antea adnotavimus ; nam ex Herculis manu poma , victoribus danda pro praemio , vel accipit , vel eadem ei tradit ; viſiturque ara ignita inter eos media cum face admota : ex quibus coniicit Bonarrotius Antoninum ſacris Perinthiorum certaminibus , & fortaſſis lampadum ludo praeſediſſe , & Agonothetae munus obiiſſe . In hoc vero numiſmate quum Iovi Triumphatori , & Iunoni Reginae comes addatur Genius urbis Perinthiorum , & paterae in eorum manibus cernantur , vota & ſacra pro fauſta ac

(1) In Numiſm. Maſ. Carpinei Tab. VIIII. num. 8. pag. 204. & ſequentibus .

ac felici expeditione , proque ſpe eius victoriae peracta , arguere facile poſſumus . Sed Parthorum regnum , ſub ſpe matrimonii cum Artabani regis filia , non aequis armis , ſed dolo , inſidiis , rapinis & caedibus occupavit : pronus tamen in adulationem Senatus , metu & adſentatione , quum Antoninus in Meſopotamiam reverſus per litteras eidem Senatui populoque Romano ſignificaſſet , ſubactum a ſe Orientem , omneſque illius regni mortales in ſuam ditionem conceſſiſſe , cunctos ei victoriae honores decrevit , quos non tantum Scriptores , ſed etiam numiſmata , Senatus conſulto percuſſa , teſtantur (1) . Additum etiam in his tropaeum , quaſi iuſto proelio eos ſuperaſſet (2) . Iidem Perinthii alterum praeclarum numiſma cuderunt , Parthici triumphi pompa , & ſpoliis inſigne , quem , vivente patre , Imperator ſalutatus , atque in Conſulatu eius conlega factus , obtinuit : quod quidem numiſma e Muſeo Carpineo profert Senator Bonarrotius (3) , & luculenter illuſtrat .

C L X X X.

A. *Imperator Antoninus iuvenili forma , laurea corona , & thorace decorus ;*

E. AT. KAI M. AT. ANTΩNЄINOC CЄB. Αὐτοκράτορ Καῖσαρ Μάρκος Ἀυρήλιος Αντωνεῖνος Cεβαστός . *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus Auguſtus .

P. *Mulier tutulata ſtans , atque coram ea Caracalla paludatus laureatuſque ad aram ſuccenſam intermediam ſacrificans .*

E. *Epigraphe in ambitu oblitterata : In exergo :* CAPΔIANΩN. B. NЄΩKOPΩN. *h. e.* Sardianorum bis Neocororum .

Ex aere . Pond. S. XXII. G. IV.

MEmoriae proditum a Spartiano , Baſſianum Antoninum imperii participem dictum a militibus , cum Severo patre devictis Parthis in Syriam rediiſſe : cui , quod conſiſtere in curru , adfectus articulari morbo , non poſſet , ut de his triumpharet , conceſſit , decreto etiam ei a Senatu Iudaico triumpho : deinde , quum eſſet Antiochiae , virilem togam ſuſcepiſſe , & ſtatim cum patre conlega ſuo in Syria Conſulatum iniiſſe , anno nimirum V. C. DCCCCLV. Chriſti CCII. Circa hoc ipſum tempus , arbitror , Sardianos eidem Baſſiano Antonino dedicaſſe per- T. LIX. *n. III.*

(1) Apud Comitem Mediobarbum in Caracalla pag. 295.

(2) Vide Vaillantium in Numiſm. Romanor. Imperat. praeſtantiora Tom. II. pag. 265.

(3) Tab. VIIII. pag. 154. & ſequentibus .

perrarum hunc numum : quod indicare videtur iuvenilis eius facies , nondum barba inumbrata .

Qua vero de caufa Sardiani hunc numum in eius honorem percufferint , ex his quae fubdit idem Spartianus , haud obfcure colligere poffumus . Nam quum fculptus fit laurea revinctus , itemque Imperatorio paludamento & armis decorus , & Auguftus dicatur : coniicimus id contigiffe , quum ad fubigendum Perfarum Regem Abgarum , & ad bellum contra Arabas & Adiabenos inferendum una cum patre profectus eft ; nam Augufti nomen , Spartiano tefte , iamtum acceperat . Ipfe numi typus fubfpicandi anfam praebet , Severum & Antoninum , itemque Getam Sardis , primaria urbe Lydiae , tunc fuiffe : nam Antoninus facra facit Proferpinae praefenti Deae Sardianorum ad eius aram ignitam , laurea coronatus , armifque Imperatoriis infignis : forfitan pro fua totiufque exercitus felici expeditione . Quod vero ea Dea fit Proferpina , velato capite , non Iuno , ut aliqui arbitrantur : huc facit vetus infcriptio , quam adfert Gruterus (1) , e qua colligit Cl. Harduinus (2) , Proferpinam in primis fumma religione a Sardianis cultam fuiffe , quae frequentius occurrit in numis eorumdem populorum , praefertim in honorem Iuliae Domnae , ut mox dicemus . Id etiam declarant duo alia penes Vaillantium (3) numifmata , ab iifdem Sardianis in honorem Severi maximo aeri percuffa , fub quo iterum Neocori facti funt ; nam ex his alterum exhibet mulierem , forfitan Proferpinam , feu potius eiufdem urbis Genium , quae dextra extenfa ftat inter Caracallam & Getam paludatos : alterum vero praefert pro typo duo templa fex columnarum , quorum vertici imminent coronae vario ornatu contextae : quod fchema indicat facra certamina in honorem Severi atque filiorum eius a Sardianis ea occafione , ut probabile eft , celebrata .

Epigraphe in ambitu Medicei huiufce numifmatis paene oblitterata eft : neque ex aliquot litteris , quae minus fugerunt , clare colligere potuimus , utrum nomen Archontis potius , quam Praetoris , quod nonnihil elucet , ita fcriptum fuerit : ΕΠΙ.... ΚΟΡ· ΟΥΕΤΤΗΝΙΑΝΟΥ. ΑΡΧ. Α Δ. *Sub .... Cornelio Vetteniano Archonte Primo tertium* . Vaillantius numum primae magnitudinis defcribit (4) , a Sardianis Caracallae dedicatum , cum adfimili typo ; in quo mulier

(1) Pag. LXXXVII. 3.
(2) In numos antiquos Populor. & Vrbium illuftr. pag. 441.
(3) In Numifm. Imperat. a Graec. populis cuf. pag. 87.
(4) Ibidem pag. 109.

lier tutulata ſtans, & Caracalla paludatus, cum ara intermedia, & hac epigraphe: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. in imo ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ: teſtaturque exſtare inter Cimelia Sereniſſimi Principis Cardinalis Leopoldi, abſque nomine Archontis. Hunc autem numum nos nec invenimus, nec vidimus.

C L X X X I.

A. *Imperator laureatus, & paludatus.*

E. ΑΥΤ ΚΑΙ Μ. ΑΥΡ CΕ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟ:: :: :: :: Αὐτοκράτορ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σευήρος Αντωνεῖνος (*ſupple* CΕΒ.) Cεβαστός. *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Severus Antoninus Auguſtus.

P. *Duo templa e regione locata, cum pyramide intermedia, quibus coronae ſuperpoſitae.*

E. :: :: :: :: :: ::ΦΟΥ ΑΡΧ Α:: :: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *h. e.* . . . . Sardianorum bis Neocororum.

Ex aere. Pond. S. XVIII. G. XXII.

FVgientes litteras in poſtica parte huiuſce praeclari Sardianorum numiſmatis, quantum oculorum acies conſequi potuit, adnotavimus. Sed peccatum arbitror in littera Φ. quam ſubſpicor eſſe Π. admonitus exemplo alterius numi cum adſimili typo, quem in regio Galliarum Theſauro exſtare adnotat Vaillantius (1), & ita deſcribit; haud tamen accurate: *Turris ſupra quam icuncula, in vertice ſtella: hinc & illinc templum ſex columnarum, coronis in faſtigio ornatum.* Verum eiuſdem numi inſcriptio, quae & huic Mediceo, ni fallor, convenit, ita ſe habet: ΕΠΙ Γ. Ι. ΚΡΙΣΠΟΥ ΑΡ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Sed quum in Mediceo in fine epigraphes in ambitu poſt ΑΡ. duae aliae litterae perſpicue legantur; ita forſitan priſtinae integritati reſtituenda eſt: ΕΠΙ Γ. Ι. ΚΡΙΣΠΟΥ ΑΡΧ Α. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Caio Iulio Criſpo Archonte Primo Sardianorum bis Neocororum.* In eo etiam, poſt litteras illas poſtremas in ambitu ΑΡΧ Α, aliquot alias deeſſe, ex aliis Sardianorum numiſmatis penes eumdem Vaillantium (2), comperies: forſitan ΤΟ Β. nempe *Archonte Primo iterum.* Nam duos fuiſſe apud Sardianos (quorum urbs Metropolis, & Primae Aſiae, Lydiae, & Graeciae gloriam ſibi vindicat (3), iidemque Sardiani Primi Aſiae in numis T. LIX. n. III.

(1) Numiſmat. Imperat. a popul. Graec. pag. 94.
(2) Loco ſuperius citato, & pag. 109. 129.
(3) Id videre eſt in numis a Vaillantio, & Harduino deſcriptis, & apud Spanhemium in Epiſtolis ad Andr. Morellium.

mis dicuntur (1)), Archontes conſtat : quorum alter *Primus* ; alter vero *Secundus* nominatur . Additur etiam numerus , indicans quot vices Archontis dignitatem quiſque geſſerit , nempe : *ſecundum* , vel *tertium* . Duo numiſmata deſcribit Harduinus (2) , alterum in Marco Aurelio e Regia Gaza , cum epigraphe : ΕΠΙ CΤΡ. ΑΡΙCΤΟΦΑΝΟΥC CΑΡΔΙΑΝΩΝ : alterum ΕΠΙ CΤΡ. ΜΕΝΕCΤΡΑΤΙΑΝΟΥ ΑΡΧ. e quibus , niſi oſcitanter deſcripti ſint , colligimus utrumque munus Praetoris & Archontis copulatum ; quod tamen accuratius videndum . Fuere etiam apud Sardianos Aſiarchae , de quibus alibi . Mediceum hoc numiſma haud plane recenſendum erat in claſſe eorum , quae aeri magno caelata ſunt , propter eius ponderis exiguitatem . Quod vero Vaillantius in medio duorum templorum , hinc inde ſe reſpicientium , viderit turrim , eamque ſuper imagunculam quandam , & in vertice ſtellam : haec profecto nos in Mediceo minime obſervavimus ; nam dubio procul inter duo templa medium ſpatium occupat pyramis , ſeu potius praealta meta , cum corona vertici eius ſuperpoſita : quae , ut videtur , indicat Circum , in quo ſacra certamina in honorem Antonini , eiuſque matris Iuliae Domnae celebrata ſunt : & ut aliqui cenſent , iiſdem praeſentibus . Profecto ſummis honoribus Sardiani proſecuti ſunt Caracallae matrem , quum octo numiſmata eidem dicata deſcribat Vaillantius (3) : inter quae unum ex aere maximo , cuius typus menſa , ſupra quam ingens urna , in qua palmae ramus . In altero ex his occurrit Proſerpina , cultu veſtium elegantiſſimo : aſt in alio numo ex aere maximo (4) Furia Sabina Tranquillina ſub Proſerpinae effigie , velato capite , a Sardianis repraeſentatur : ut hinc colligas , quod etiam paullo ante adnotavimus (5) , Proſerpinam ſumma religione Sardianos coluiſſe . Conſtat etiam ex numis (6) , ad inveſtigandos populorum ritus , & conſuetudines praefulgentem facem ferentibus , cultam a Sardianis Venerem Paphiam , atque apud eos celebre eius templum fuiſſe ad inſtar illius quod Paphi in inſula Cypro exſtructum erat (7) . Tredecim item alia numiſmata a Sardianis dicata Imperatori Antonino , deſcripta habes penes praelaudatum Vaillantium (8) . Inter haec , alterum

ab

(1) Vide Vaillantium & Harduinum .
(2) In Numos Populor. & Vrb. illuſtr. pag. 440.
(3) Ad Numos Imperat. a Graec. pop. cuſ. pag. 94.
(4) Inter Numiſmata ſelectiora Tab. pag. 93.
(5) Vide ſupra pag. 63. 64.
(6) Vide Vaillantium in num. Imperat. a Graec. populis percuſſ. in Alexandro Severo , & Harduinum in num. Populor. & Vrb. pag. 457.
(7) Vide Harduinum loco ſupra cit. pag. 439. 440. & 441.
(8) Ibidem pag. 109.

ab eo defcribitur inter Cimelia Cardinalis Leopoldi, quod indicavimus: alterum etiam in Cimeliarchio Magni Ducis Etruriae indicatur; cuius typus menfa, fupra quam duae urnae, in quibus duae palmae infertae; infra vas diotum, cum hac epigraphe: ΕΠΙ Γ CΑΛ. ΚΛΑΤΔΙΑΝΟΤ ΑΡΧΟΝ. ΤΟ Β. CΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Caio Sallio Claudiano Archonte iterum Sardianorum fecundum Neocororum*. Perfpicue heic fcriptum cernimus ΑΡΧΟΝ. quum in aliis numis adnotatum occurrat ΑΡΧ. adeoque dubio procul conftat Archontes praefuiffe Sardianis, non vero *Pontifices*, uti ofcitanter fcripfere P. Harduinus (1), qui ΑΡΧ Α. interpretatus eft Ἀρχιερέως ά: *Pontifice Primo*; & Patino (2), qui vertit ΑΡΧιερέως Α. ΤΟ. Γ. *Praefecto Sacrorum tertium*; in qua etiam fententia Vaillantius fuerat, quum explicaret felectiora numifmata in aere maximi moduli e Mufeo C. V. Abbatis de Camps (3); fed poftea ita adnotavit: *Vox* ΑΡΧΟΝ *nos docet Magiftratus, non Pontifices in Sardianis nummis, fed Archontes adpellari: quod in aliis Lydiae oppidis etiam auguramur*.

Sardianorum numifmatum auctoritate ac fide difcimus, facra illa certamina, quae in honorem Antonini Imperatoris, eiufque matris Iuliae Domnae, iifdem praefentibus celebrata funt, adpellata fuiffe CHRYSANTHINA, quod coronae victoribus athletis, five aurigis pro praemio largiendae, e folido auro effent, quales in hoc Mediceo numifmate, ad inftar circuli, exhibentur: vel e floribus, frondibufque aureis intertextae, quum maximam opulentiae famam Sardiani adfectarent, & fummopere gloriarentur urbem fuam Lydorum regiam fuiffe, ut auctor eft Strabo (4). Certamina haec, quod notandum, non memorantur in numis, quos Sardiani Severo Imperatori dedicarunt; fed in numis, quos in honorem Iuliae Domnae eius coniugis, & Antonini Imperatoris eius filii percufferunt, a quo tertium Neocoros factos oftendunt numi a Vaillantio defcripti: quorum typus impofita menfae urna cum palma, facrorum certaminum index. Alterum numum Caracallae in Cimeliarchio Galliarum Regis, adnotatum ab Harduino, filentio praetereundum non cenfeo, ita infcriptum: ΧΡΤCΑΝΘΙΝΑ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΤΡΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. quae certamina, apud Sardianos celeberrima, non folum in numis; fed

(1) In Numos Vrbium & populor. illuftrat. pag. 439.
(2) In Thefauro Numifm. Maurocen. pag. 76.
(3) Ad Numum Furiae Sabinae Tranquillinae Tab. pag. 95.
(4) Geograph. Lib. XIII. p. 625.

etiam in vetuſtis marmoribus (1), memorantur. Hoc nomen XPTCANΘINA inſcriptum praefert baſis menſae, ſupra quam urna, ſeu lebes cum palma, ut videre eſt in numo eximio ex aere maximo Theſauri Mauroceni apud Patinum (2).

C L X X X I I.

A. *Imperator laureatus & paludatus.*

E. ATT M ATP CET ANTΩNEINOC. Αὐτοκράτωρ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρος Ἀντωνεῖνος. *h. e.* Imperator Marcus Aurelius Severus Antoninus.

P. *Minerva depoſito clypeo ſtans ad aram accenſam, prope quam arbor; dextra haſtae innititur, ſiniſtra Victoriolam globo inſiſtentem praefert.*

E. KOINON. ΘPAKΩN. ΑΛΕΞΑΝ ΠΤΘΙΑ ЄΝ ΦΙΛΙΠΠΟ. Κοινὸν Θράκων Ἀλεξάνδρεια Πύθια ἐν Φιλιπποπόλει. *h. e.* Commune Thracum Alexandria Pythia (Certamina) Philippopoli.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. II. G. XVIII.

T. LX. n. II. PErluſtrante Antonino Caracalla Thraciam, Macedonibus conterminam, quum eum Thraces, ſtatimac pueritiam egreſſus eſt, conſpecto Alexandri Magni Macedonis corpore, adhuc vivo Severo patre, eo veſania perductum intellexiſſent, ut non ſolum tanto Heroi ſe parem crederet; verum etiam eius habitum, vultumque exprimeret, quum incederet truci fronte, & ad laevum humerum converſa cervice: nullamque eſſe urbem, in qua Magni Macedonum Regis memoriam non renovaſſet, poſitis ſignis & imaginibus, Roma Capitolioque & templis univerſis oppletis eius ſimulacris; adeoque quum in Thracia praeſertim verſaretur, alterum Alexandrum Magnum ſe evaſiſſe, eiuſque animam in ſe migraſſe iactaret, ut Dio apud Xiphilinum (3), & Herodianus memorant (4): haud mirum eſt ſi variis typis inſignes numos in eius honorem percuſſerint, ſi ſacra certamina Pythia, quae idcirco ΑΛЄΞΑΝΔΡΙΑ, ſive ut in aliis numis ΑΛЄΞΑΝΔΡЄΙΑ, *Alexandria* adpellarunt, eo (uti probabile eſt) praeſente in urbe Philippopoli, regionis illius metropoli, celebrarint ſumtuoſiſſima, ut populorum omnium laetitiam, ſeque eius numini & maieſtati devotos aeternis monimentis teſtarentur. Ex his tria numiſmata, raritate typiſque praeclariſſima

(1) In Oxonienſi marmore p. 71. & penes Gruter. p. CCCXIV.
(2) Pag. 76. in Nummm. Theſaur. Mauroceni.
(3) Lib. LXXVII. pag. mihi 428.
(4) Lib. IV. Cap. VIII.

ma e Mediceis Cimeliis, numquam antea edita, in lucem proferimus, quae adſentantium Thraciae urbium ſtudia perſpicue declarant. Compertum eſt, Alexandrum Magnum, accepta religione a maioribus, qui in regia ſua ſede Minervam Alcidem devenerati ſunt, quod Herculi, a quo genus ſe ducere gloriabantur, in eius aerumnis adiutrix fuiſſet, tam eximio cultu proſecutum fuiſſe bellorum hanc potentem Deam, cuius imago frequens in eius numis cernitur, ut in primo Aſiae aditu, apud Ilium ei ſacra fecerit, clipeumque ſuum ſacrarit, accepto eo quem ipſa gerebat, quo in bello uſus eſt, doniſque eam cumularit (1): data etiam, poſtquam Perſas devicit, per epiſtolam Ilienſibus fide, ſe templum ei dedicaturum, quod nulli magnificentia concederet, ſacrumque certamen inſtituturum: quin etiam poſt eius exceſſum inventum eſt inter cetera in commentariis ſcriptum, in Cyrno (quae Corſica Latinis) ſe templum Minervae exſtructurum (2). Hac igitur fortaſſe de cauſa Commune urbium Thraciae, ut Antonino Imperatori rem facerent gratiſſimam, eumque Alexandro Magno aequalem eſſe, proni in adulationem, praeclaro teſtimonio comprobarent, Minervam Victricem pro typo huiuſce inſignis numiſmatis pervulgarunt, quam, pro ſuſceptis ab eo victoriis, aliiſque mox ſuſcipiendis, parvum Victoriae ſimulacrum cum palma & corona ei offerentem expreſſerunt; addita prope eam ſub arbore ara ſuccenſa, quae votiva ſacra pro eius itu redituque, & felici exercitus in Parthos expeditione, & pro ſpe mox ſecuturae victoriae, Minervae facta, ut auguror, deſignat. Ita quoque in ſequenti numo Mediceo Herculem pro emblemate caelarunt. Sed ad eius victorias reſpexiſſe Commune Thracum, docent alia duo numiſmata, quae Vaillantius deſcribit (3): quorum alterum, in Muſeo ſuo adſervatum, exhibet Iovem ſedentem, qui ſiniſtra haſtam, dextra Victoriam cum corona gerit: alterum vero ex aere maximo in Regio Galliarum Theſauro reconditum, ipſum Antoninum praefert paludatum ſtantem, qui dextra globum, ſupra quem Victoriola, ſiniſtra haſtam tenet: adeo ut Antoninum, Alexandrum, Orientis Auguſtum, Victoremque, quemadmodum ipſe ſe adpellabat, teſtari eos voluiſſe, hinc coniicere minime abſurdum videatur.

(1) Vide Plutarchum in Alexandro.
(2) Ex Diodoro Siculo Hiſtor. Lib. XVII.
(3) In Numiſmata Imperatorum cuſa a populis Graece loquentibus pag. 113.

Quod vero Thraciae urbium Commune , ſive Conventus pro partis ab eo victoriis vota ſua nuncuparint , alius praeclarus numus eorumdem populorum perſpicue teſtatur , qui e Piſanio Muſeo editus eſt (1) ; cuius typus idem Antoninus Imperator , equo currenti inſidens , quo barbarum proſtratum proculcat , haſtaque eum tranſverberat : quo quidem poſtremo bellorum ſpectaculo , ut obſervat Bonarrotius (2) , Imperatores exercitus victores , fuſis , profligatiſque hoſtibus , in numis deſignantur .

C L X X X I I I.

A. *Imperator radiata corona cinctus , & paludamento ornatus .*

E. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ CΕΥΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρος Αντωνεῖνος. *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Severus Antoninus .

P. *Menſa , ſupra quam urna , in qua duae palmae : infra vaſculum cum palma , & poma .*

E. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟ:: :: ::Ι. *h. e.* Commune Thracum Alexandria (certamina) Philippopoli .

Ex aere . Pond. S. xxiii. G. iv.

T. LX. *n. III.* ALexandria Pythia certamina in honorem Antonini , non ſemel , ſed pluribus vicibus , ſplendidiſſima pompa , magnificoque adparatu edita fuiſſe a Communi , ſeu Conventu omnium Thraciae urbium in earumdem metropoli celeberrima Philippopoli , victoribuſque complura varii generis praemia conſtituta , clarius ipſa luce teſtantur praeclara numiſmata ex aere maximo percuſſa , quae quidem eidem Imperatori , ut credibile eſt , praeſenti , ſeque alterum Alexandrum Magnum praedicanti , in perenne ingentis laetitiae argumentum conſecrata ad poſteros pervenere . Praeter urnam , ſive lebetem cum palmis in menſa expoſitum , cernimus etiam in hoc Mediceo numiſmate aliud vaſculum cum palma , & pone eum poma , quae inter praecipua Pythiorum certaminum munera numerantur (3) . Ad haec cernimus etiam [quod notatu dignum] menſae impoſita hinc inde duo , ni fallor , marſupia , in quibus , opinor , talenta ex auro vel argento recondita , vel teſſeras , quas in Pythiis certaminibus ductas pro Athletarum ſortitionibus , docet Sophocles penes Petrum Fabrum in Agoniſtico (4) . Diſcobulum pro typo exhi-

(1) Tab. XLI.
(2) In Numiſm. Carpin. Tab. IX. num. 2. pag. 175. & 176.
(3) In Numiſm. Albano-Vatic. Tab. LIV. n. II. pag. 109. 110.
(4) Lib. I. Cap. XXIV. & Cap. XXV.

exhibet insignis ex aere maximo numus ab Haymio V. C. productus (1), quo coniicimus forsitan Πένταθλον, quinquertium certamen, in ea metropoli celebratum fuisse a Comuni Thracum in honorem Caracallae, qui in eo sculptus est hastam in humeris ferens, ob proximam nimirum in Parthos expeditionem: sed in eo caput habet laurea corona redimitum; radiata vero in hoc Mediceo, non secusac in alio Perinthiorum numismate conspicitur cum adsimili typo, quem luculenter illustrat Senator Bonarrotius (2).

Corrupto aliqua in parte perraro hoc Mediceo numismate, crediderim ΠΥΘΙΑ scriptum in ipsa urna, seu lebete: quae litterae vitio temporum detritae iam perierunt. Siquidem in exergo, quae desunt litterae, forsitan integrum nomen, ut in aliis numis, efficere debent, nimirum ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ. Hunc ipsum numum describit Holstenius (3); nulla tamen facta Pythiorum certaminum mentione. Eodem modo scriptum in numo maximo regii Galliarum Thesauri, quem ita describit Vaillantius (4): ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑ. ΑΛΕΞΑΝ. ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ. Sed in alio numismate cum eodem typo, in urna imposita mensae, scriptum esse ΠΥΘΙΑ, adnotat idem Vaillantius (5).

CLXXXIIII.

A. *Imperator laureatus, & paludatus.*

E. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ CΕΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρος Αντωνεῖνος. h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Antoninus.

P. *Hercules stans, dextra clavae innixus.*

E. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝ. ΑΚΤ...... Α ΕΝ ΦΙΛΙΠ. *Κοινὸν Θράκων Ἀλεξάνδρεια Ἄκτια .... α ἐν Φιλιπποπόλι. i. e.* Commune Thracum Alexandria Actia ...... (certamina) Philippopoli.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. V. G. XV.

PHilippopolis, Thraciae metropolis, sola etiam suis sumtibus edidit Pythia certamina in honorem Antonini, Neocoratus honore decorata, quemadmodum a Vaillantio descripti numi testantur (6). Quod autem Commune urbium Thraciae T. LXI. n. I.

(1) In Vol. II. Par. I. Thesaur. Britann. Tab. XV. n. 9. p. 243.
(2) Inter Numism Carpinea T. VIIII. num. 3. pag. 177. &c.
(3) In Notis & castigat. ad Stephanum de Vrb. pag. 346.
(4) In numis Imperat. a Graec. popul. cus. pag. 113.
(5) Ibidem.
(6) Pag. 113.

ciae in eadem metropoli, praeter Pythia Alexandria certamina, Actia quoque ediderit, nunc primum id auctoritate huiusce praestantissimi numismatis innotescit. Ita quoque Perinthii Actia Pythia celebrarunt, quae & ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ, Fratrum Antonini & Getae concordiae dicata, nuncuparunt. Actia certamina erant quinquennalia: Pythia, novennalia: ambo in Apollinis honorem: illa Actii, haec Pythii. Eadem a Communi urbium Thraciae ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ *Alexandria* dicta sunt, quod in honorem Alexandri Magni, eius urbis a patre suo conditae amplificatoris, celebrarentur: eodemque nomine rursum adpellata, quum in honorem Caracallae ederentur, qui Thraciam Macedonibus conterminam peragrans, se alterum Alexandrum Magnum & credi, & adpellari praecepit. Hercules sculptus est tamquam Deus Philippopolis tutelaris, ut indicant M. Aurelii, Severi, & aliorum Caesarum numi, cui sacra ante ludorum celebrationem fiebant: vel etiam ad designandam conditoris eiusdem metropolis originem ex Hercule; nam ab eo se genus ducere gloriabantur Macedonum Reges (1): & Alexander Magnus non tantum Liberum Patrem, sed & Herculem, si invidia abesset, se aequaturum iactabat; eiusque effigiem in mensa positam quotidie contemplabatur (2): devictoque Dario, in ripa Pinari amnis, ut narrat Curtius (3), Iovi atque Herculi Minervaeque tres aras sacravit, & mox Syriam petiit. Facile crediderim, Alexandri pietatem imitatum fuisse Caracallam: quae omnia, quamvis silentio praetereant Scriptores; erui tamen non obscure possunt e numorum eidem dedicatorum historia. In alio numo ex aere maximo, quem profert Vaillantius e Museo Ill. Abbatis de Camps (4), nulla Actiorum ludorum fit mentio; sed tantum Pythiorum, cum hac epigraphe: ΚΟΙΝΟΝ. ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝ. ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ. In area vero scriptum hinc inde, iuxta Herculem stantem, clavae innixum, ΠΥΘΙΑ. In alio pariter numismate ex aere maximo, quod e Museo Pisanio productum est (5), cuius typus posticae partis templum columnis ornatissimum, quod eidem Caracallae dedicatum fuisse credibile est, haec epigraphe legitur: ΚΕΝΔΡΕΙΣΕΙΑ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. sed pro ΚΕΝΔΡΕΙΣΕΙΑ subspicor scriptum ΑΛΕΞΑΝ. ΑΚΤΙΑ *Alexandria Actia*: atque

(1) Vide Q. Curtium Lib. VIII. Cap. I. & Lib. XIII. Cap. IV.
(2) Idem Lib. V. Cap. II. 15. Vide etiam Plutarchum in vita eiusdem Alexandri.
(3) Lib. III. Cap. XII. 27.
(4) Tab. ad pag. 65. num. 2
(5) Vide Tab. XLII.

atque ita pariter ſcriptum opinor in alio numo Muſei Barberini, quem deſcribit Holſtenius (1), cuius etiam meminit Bonarrotius (2), & mendum in ea epigraphe eſſe animadvertit. Sed licet imperita impoſtoris manus eas litteras AKT..... viriculo obfuſcaverit; haud ita tamen corrupit, ut quae ſuperſunt cum litterae, tum litterarum ductus, & veſtigia, non indicent ſcriptum antea fuiſſe: AKT ΠΤ-ΘΙΑ: hoc eſt: AKTIA ΠΤΘΙΑ: *Actia Pythia*.

CLXXXV.

A. *Imperator radiata corona, & lorica ſquamis contecta inſignis.*

E. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντωνεῖνος Σεβαστός. *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus Auguſtus.

P. *Aquila coronam praeferens roſtro, clavae inſiſtens: cum nota quadam inter eius crura.*

E. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΥ-ΥΠΑΤΟϹ ΤΟ Δ. Tribunicia Poteſtate Conſul tertium.

Ex argento. Pond. S. XIII. G. IX.

AD Tyrios pertinet perrarus hic numus argenteus, apud eos ſignatus, Antonini Caracallae permiſſu; quare aquilam, Romani imperii auſpicatiſſimum ſignum, praefert, de quo poſt Vaillantium (3), & Venutum, qui alterum argenteum numum, eodem typo inſignem, inter Albano-Vaticana numiſmata reconditum, illuſtrat (4), nil mihi ſupereſt dicendum (5). Aquilam inſiſtere clavae Herculis, Tyriorum patrii Dei, in hoc quoque Mediceo numo, licet ob iniqua fata ea detrita ſit, nullus dubito. Numi Antiochenſium Syriae aquilam exhibent fulmini inſiſtentem (6). Peculiarem illam notam numiſmati inſculptam inter crura aquilae, monetarum praeſidis apoſphragiſma eſſe arbitror. Illud obſervandum ſupereſt, quod in Vaticano numiſmate (7) Caracalla expeditioni Parthicae proximus, vel iam adcinctus exhibetur; nam haſtam laevo humero impoſitam defert, habetque caput laurea corona redimitum: aſt in Mediceo hoc perraro numiſmate radiato capite ſculptus eſt, nec haſtam defert; ſed loricam ſquamis conſertam indutus cernitur. Multa, quae ad loricas veterum illuſtrandas faciunt, nuper erudite contulit T. CXII. n. II.

tulit

(1) In Notis & caſtigat. in Stephan. Byzant. pag. 346.
(2) In Numism. Carp. Tab. IX. num. 2. pag. 173.
(3) Numiſm. praeſtant. Tom. II. pag. 70. & 216.
(4) Tab. LVII. num. II. pag. 115.
(5) Si otium eſt, vide quae ſuperius adnotavi ad Tab. IX. num. III. pag. 67.
(6) Ibidem: vide ſuperius ad Tab. VIII. num. 2. pag. 64.
(7) Apud Venutum, loco ſuperius memorato.

tulit V. C. Francifcus Eques Victorius, quum aeneam lamellam explicaret, in qua incifum nomen ORTHRI AVG L PROC A LORICATA: nempe: *Orthri Augufti Liberti Procuratoris a loricata:* deque ftatuis loricatis Caefarum pertractavit (1). Hifce armis ad bellum proficifcentes Heroes fe ornant apud Homerum, quos ita defcribit prae ceteris Virgilius (2):

Claffica iamque fonant: it bello teffera fignum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementes
Ad iuga cogit equos; clipeumque, auroque trilicem
Loricam induitur; fidoque adcingitur enfe.

CLXVIIII.

P. SEPTIMIVS GETA CAESAR.

A. GETAE *caput nudum pectore tenus: dextra haftam humero impofitam gerit.*

E. P SEPTIMIVS GETA CAESAR.

P. *Geta paludatus, finiftra fcipionem gerens, ftat inter quinque figna militaria, quorum alteri impofita Victoriola cum palma, coronam offerens; alteri vero aquila.*

E. CONCORDIA MILITV. *h. e.* Concordia Militum.

Ex aere, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. II. S. II. G. XVI.

T. LV. *n. III.* QVum GETA, fculptus in poftica numifmatis facie, finiftra manu gerat fcipionem, cuius vertici infidet aquila, quae tamen ob exiguitatem fuam non bene confpicitur; hinc coniicimus numum hunc eximiae raritatis & elegantiae percuffum dedicatumque fuiffe eidem Getae Caefari, ob memoriam defignationis primi fui Confulatus, quem fufcepit anno V. C. DCCCCLVIII. Chrifti CCV. in quo conlegam habuit fratrem fuum M. Aurelium Antoninum Caracallam, iterum Confulem. Fuit enim eburneum fceptrum, cum aquila item eburnea, Confulum Romanorum infigne, de quo Ampliffimus Senator Bonarrotius (3). Confularem dignitatem iterum fufcepit Geta cum fratre fuo Caracalla, nempe anno V. C. DCCCCLI. Chrifti CCVIII. in quem annum, ut adnotat Pagius (4), Caracalla Imperii Augu-

(1) Vide Animadverfiones eiufdem Cl. Victorii in lamellam vetuftiffimam Mufei Victorii &c. Romae ex Typograph. Zampel, MDCCXLI.
(2) Aeneid. Lib. VII. v. 637.
(3) In numifm. max. mod. Tab. VIIII. num. 5. pag. 185.
(4) In Annales C. Baronii Tom. I. pag. 197.

gustei Decennalia celebravit, uti perspicue demonstrat eius numus, in cuius postica legitur: VOTA SOL. DEC. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. S. C. (1) Incidunt etiam in eumdem annum Decennalia Imperii Caesarei Getae, ad quae referendum numisma cum hac epigraphe: IMP. CAES. P. SEPT. GETA. PIVS. AVG. SAECVLARIA SACRA. S. C. Sed haudquaquam convenit huiusce secundi consulatus tempus cum Mediceo numismate: tunc enim Geta, Augusteam dignitatem consecutus, in Britanniam profectus est cum patre. Nulla etiam in hoc fit eius Pontificatus & Tribuniciae Potestatis mentio, nulla addita adpellatio: neque enim AVGVSTVS, PIVS, neque BRITANNICVS nominatur: quae decora ea dumtaxat numismata recensent, quae Consulatu eius secundo consignata sunt.

Cusus igitur verisimilius censetur hic numus vel quum Caesar Princeps Iuventutis adpellatus est: vel potius, quia prolixior barba eius genas vestit, quum primum ad suscipiendum Consularis dignitatis fastigium una cum fratre suo designatus est. Quia vero militari signo imposita cernitur Victoriola, facile crediderim relatam de Parthis victoriam respicere; nam Parthico bello cum Severo patre adfuere tum Antoninus Caracalla, tum idem Geta: ob quam victoriam, quum Severus Parthicum nomen meruisset, ob hoc etiam, teste Spartiano, *filium eius Bassianum Antoninum, qui Caesar adpellatus iam fuerat, annum decimum tertium agentem, participem imperii dixerunt milites: Getam quoque minorem filium* CAESAREM *dixerunt: eumdem Antoninum, ut plerique in litteras tradunt, adpellantes*. Hac igitur de causa Geta Caesar in medio militarium signorum stat paludatus, congruitque epigraphe CONCORDIA MILITVM. Hunc numum inter maximos describit Vaillantius (2): Geta vero non gerit dextra Victoriolam, ut idem scribit; sed ea Victoriola militari signo insistit. Numisma ex aere maximo, adsimili paene typo praenobile, caelatum in honorem Caracallae, exhibent Cimelia Albano-Vaticana (3), alterumque nos supra retulimus ex Mediceis Tab. LX. num. I. Quandoquidem in Castris Praetoriis signa illa legionum sacro in loco custodiebantur, & humi infixa colebantur; insignem locum Herodiani adferre lubet (4), qui indi-

(1) Vide eumdem Pagium ibidem & Com. Mediobarbum in Geta.

(2) Pag. 223. Item ex Museo Ill. De Camps, quem vide inter Numism. selectiora Tab. pag. 73.

(3) Vide Tab. LI. num. III. pag. 104.

(4) Lib. IV. Cap. III.

dicat, quomodo matre auſpice diviſum ſit inter fratres imperium, & ubi deſignata caſtra, quae uterque haberet, ut concordi animo Romanum imperium moderarentur. *Itaque* (inquit) *conſecrato parente, reverſi domum iuvenes, diſcordias quotidie, & ſimultates exercere, inſidiari inter ſe, moliri, parare omnibus modis, atque ea modo uterque in animo habere, quibus alter dolo caperetur: poſtremo quacunque via graſſari ad ſingulare imperium, ac nihil invicem praetermittere, dum conſortem poteſtatis expungerent. Sed & mentes, animique omnium urbanorum, quicunque honore aliquo, aut dignitate praeſtarent, diverſi trahebantur; utroque ſeorſum literas clanculum miſſitante, magniſque pollicitationibus ſibi homines adiungente. Maior tandem pars ad Getam ſpectabat, quod opinionem nonnullam oſtenderet probitatis, moderatumque ſe, & lenem in congreſſibus praeſtaret. Studia porro tractabat honeſtiſſima: quip& diſciplinarum laude celebres viros circa ſe frequentes habebat, & in palaeſtra, ac reliquis ingenuis exercitationibus verſabatur. Placidus praeterea in omnes, atque humanus: fama, & gloria quadam optima plurimos ad amicitiam, benevolentiamque adliciebat. Contra vero Antoninus cuncta aſperius, ferociuſque gerebat, atque ab his rebus, quas ſupra diximus, alienus, militaris vitae, ac bellicae videri amator adfectabat: nihilque non iracunde faciens, minitando, quam ſuadendo, metu, quam benevolentia, ſibi amicitias quaerebat. Sed, quum diu fruſtra mater diſcordantes inter ſe germanos redigere in gratiam ſtuderet, viſum aliquando ambobus eſt imperium inter ſe dividere, ne Romae agitantes, alter alterius eſſent inſidiis opportuni. Quare convocatis paternis amicis, coram ipſa matre de imperio dividendo diſceptabant; ſic ut Europa omnis Antonino: tellus autem adverſa, quae omnis Aſia nuncupatur, Getae adiudicaretur. Ita enim divina quadam providentia, utrunque continentem Propontidos incurſu diſterminari. Placebat autem, ut Antoninus caſtra ad Byzantium haberet: Geta vero in Chalcedone Bithyniae urbe; quae ſcilicet oppoſita inter ſe utriuſque imperium tuerentur, atque a tranſmittendo prohiberent: tum ut e Senatorio ordine quotcumque ex Europa forent, in urbe ipſa remanerent, reliqui Getam ſequerentur. Sedes imperii ſui Geta deſtinabat Antiochiam, vel Alexandriam: urbes magnitudine haud longe infra Romam: tum ex gentibus ad Meridiem habentibus Mauros, Numidaſque, Antonino concedens: reliquos ad Orientem uſque Geta ſibi adſciſcebat.*

MA-

CLXXXVII.

MACRINVS.

A. *Imperator* MACRINVS *laureatus*, & *paludatus*.

E. ΑΥΤ Κ Μ ΟΠΕΛ ϹΕΟΥ ΜΑΚΡΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. Αὐτοκράτορ Καῖσαρ Μάρκος Ὀπέλλιος Σεουῆρος Μακρεῖνος Σεβαστός. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Opellius Severus Macrinus Augustus.

P. *Flumen decumbens cum copiae cornu in sinistra, innixo cubito urnae aquam fundenti: dextera Dianae Ephesiae icunculam gerens: pone cernitur prora navis, calathus, turris: superne aper telo confossus fugiens.*

E. ....ϹΜ......ΕΦΕϹΙΩΝ.

Ex aere flavo. Pond. S. XVIII. G. VIII.

EXstincto Antonino VI. Eidus Apriles (1), anno ab V. C. DCCCCLXX. Christi CCXVII. Macrinus quarto die post eius caedem, cuius conscius fuit, ex Praefecto Praetorii, cogentibus militibus, Romanum imperium adripuit; statimque Diadumenianum filium Caesarem creavit, indito Antonini nomine, militibus, Senatui, populoque Romano longe claro & gratissimo. Contra Parthos bellum suscepit: Armenos & Arabes armis insectatus est. Complures honores in eum congessit Senatus, Circenses ludos, Felicis nomen, quod recepit, & Pii, quod recusavit. Clarissimae minoris Asiae urbes numismata in honorem tum Macrini, tum eius filii Diadumeniani cuderunt: inter quae ex aere maximo non pauca a Numographis iam edita habemus, nempe Miletopolitarum, qui inter Mysiam, & Bithyniam locantur, & Ephesinorum & Caesareensium Cappadociae penes Vaillantium (2), & Bonarrotium (3), qui etiam Cyzicenorum numisma exhibet e Museo Carpineo (4): Samiorum penes Patinum e Thesauro Mauroeeno (5); cuius typus idem Macrinus Imperator paludatus ad simulacrum Iunonis Pronubae accedens, quem Victoria coronat: Iliensium, Mysiae minoris in Troade populorum, numus maximus inter Cimelia Albano-Vaticana (6): itemque Ephesiorum (7), cuius typus Diana Lucifera, T. LXI. n. II.

(1) Ex Dione Lib. LXXVIII.
(2) Numismat. selectior. max. mod. e Museo Abb. de Camps Tab pag. 75 & 76.
(3) In Numismat. max. mod. e Museo Carpineo Tab. XI. num. 2. pag. 228. & seqq.
(4) Ibidem Tab. XI. num. 1. pag. 219. & seqq.
(5) Pag. 78.
(6) Tab. LIX. num. 2. pag. 119. & 120.
(7) Ibidem Tab. LIX. num. 2. pag. 120.

curru vecta a cervis : Thyatirenorum , eorumdemque Ephesinorum duo praeclara numismata , quae in Pisanio Museo adservantur (1) , ut de aliis sileam (2) . Aeginsium urbs *Macrinopolim* se ex eius nomine adpellavit , & Tarsus *Macrinianae* nomen in Macrini gratiam assumsit , uti numismata ab ipsis percussa testantur (3) . Sed Smyrnaeorum concordia iunctorum cum Ephesiis numisma in honorem Macrini cusum , illustri typo praenobile , quod e Museo Nicolinio depromimus , nunc primum eruditorum hominum conspectum subit . Epigraphe, quam in superiore ambitu aversae partis temporis iniuria paene delevit , ita , ni fallor , restituenda est : CMTPNAIΩN EΦECIΩN OMONOIA . *Smyrnaeorum Ephesiorum Concordia* . Parvum Dianae Ephesiae simulacrum dextra ostentat Meles amnis , qui labitur praeter Smyrnam , de quo Strabo (4) , Plinius (5) , & Pausanias (6) , qui eum ὕδωρ κάλλιστον adpellat : ad cuius caput antrum , in quo Homerum tradunt carmina sua fecisse . Quid vero prora navis in numis Smyrnaeorum declaret , iam Cl Harduinus (7) ex Aristidis oratione (8) egregie adnotavit . Siquidem primo vere , quum Dionysia agerentur , sacra Baccho triremis per forum circumferebatur a Smyrnaeis , veteris victoriae signum , quam Smyrnaei Bacchum colentes de Chiis , qui armis fuerant & navibus muniti , retulerunt . Aper telo confossus currens ipsam Dianam Θηρόφονον designat , venationibus praesidem : vel forte etiam venationes editas a Smyrnaeis & Ephesinis in honorem Macrini statim ac audierunt eum a Senatu Romano Imperatorem salutatum . Calathus frugibus refertus agrorum ubertatem , & opulentiam designat : turris , seu portus (nam Smyrnae mari proximae) Dianae praesidium , quae ex eorum tutela Μουνιχία *Mynichia* adpellata est (9) .

Ma-

(1) Tab. XLVI. num. 1. & 2.
(2) Vide penes Vaillantium in Numism. Imper. a Graec. pop. cusa pag. 121. & 122.
(3) Ibidem pag. 120. & 123.
(4) Geograph. Lib. XII. pag. 554.
(5) Hist. Nat. Lib. V. Cap. XXIX.
(6) In Achaic. Lib. VII. Cap. V.
(7) In Numos Populor. & Vrb. illustrat. pag. 461. 462.
(8) In Smyrnam , coram M. Antonino , & Commodo filio habita , Tom. I. pag. 402. iterumque in Gratulatione Smyrnaea , praesente Commodo habita , pag. 473.
(9) Vide Callimachum in Hymn. in Dianam , & in eum Ez. Spanhemii Observationes v. 38. & 259.

CLXXXVIII.

A. *Macrini Imperatoris & Diadumeniani Caesaris capita adversa : alterum laurea cinctum : alterum nudum .*

E. ΑΥ. Κ. Μ ΟΠ CΕΟΥ ΜΑΚΡΕΙΝ............ ΔΙΑΔΟΥ......

P. *Mons Argaeus in cuius vertice templum tetrastylum cum Nemesum simulacris cernitur : hinc inde Sol & Luna : infra antrum in imo alterum templum tetrastylum cum Deorum simulacris ; a dextris & a sinistris urnae certaminum praemia .*

E. ΜΗΤΡΟΠ........ ΑΙCΑΡΙΑC ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΕΤ Β.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. III. G. VIIII.

HVnc numum Caesareensium Cappadociae tam luculenter illustrat Cl. Bonarrotius (1) , ut aliquid addere supervacaneum videatur . Notandum haud parvum discrimen , quod intercedit inter reliqua numismata Caesareensium adsimili emblemate insculpta , quae iam edita sunt , ut coniecturae sit locus , in honorem Macrini & Diadumeniani Caesareenses variantibus aliqua in parte typis complura numismata , nec semel etiam certamina in eius honorem edidisse . Nam in numismate integerrimo regii Thesauri Galliarum Regis (2) , non secus ac in altero numismate ex aere maximo quod adfert Vaillantius (3) e Museo Cl. Abbatis de Camps , in urnis insertae sunt palmae , & vertici montis Argaei imposita cernitur statua Imperatoris Macrini , tamquam sit Genius loci : in templo vero ad radices montis , quod Vaillantius censet in honorem Severi a Caesareensibus exstructum , quod ab eo Neocoratus honorem & metropolis dignitatem ab Antonino Pio acceperint , nulla simulacra conspiciuntur : quum Mediceum numisma tria in eo posita simulacra repraesentet : & pro statua Imperatoris alterum templum tetrastylum in vertice exstructum exhibeat , ornatum Nemesum simulacris . Praeter urnas , seu lebetes cum palmis , numisma Musei Abbatis de Camps , alterum vas diota absque palma praefert in exergo : numisma vero Carpinei Musei pro vase diota , apem , quam Bonarrotius notam esse censet vel monetae cudendae praesidis , vel etiam Agonothetae , cuius nomen facile fuit T. LXI. n. III.

(1) In Numism. max. mod. Musei Carpinei Tab. XI. num. 2. pag. 228. & seqq.
(2) Tab. XXIII.
(3) Tab. pag. 75. num. 2.

fuit Melitus (1). Eorumdem numiſmatum exemplo ita epigraphe numiſmatis Medicei in utraque facie manca reſtituitur : ΑΤ. Κ. Μ. ΟΠ. CЄΤ. ΜΑΚΡЄΙΝΟC. Μ. ΟΠ. ΔΙΑΔΟΤ. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC. *Imperator Caeſar Marcus Opellius Severus Macrinus Marcus Opellius Diadumenianus Antoninus*. In poſtica facie : ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙCΑΡΙΑC ΝЄΩΚΟΡΟΤ ЄΤ Β. *Metropoleos Caeſareae Neocorae Anno ſecundo*; cuſa ſiquidem haec numiſmata anno imperii Macrini ſecundo : quum imperium Romani orbis geſſiſſet quatuordecim menſibus ; quibus nondum expletis, tandem in vico quodam Bithyniae cum filio a militibus interemtus eſt.

CLXXXVIIII.

DIADVMENIANVS.

A. DIADVMENIANVS *nudo capite, paludamento inſignis*.

E. ΑΤ ΚΑΙ ΟΠЄΛ. ΔΙΑΔΟΤΜЄΝΙΑΝΟC. Αὐτοκράτορ Καῖσαρ Ὀπέλλιος Διαδουμενιανός. *h. e.* Imperator Caeſar Opellius Diadumenianus.

P. *Duo templa octaſtyla, ornata coronis in tympano*.

E. .... ΚΤΖΙΚΗΝΩΝ Β ΝЄΩΚΟΡΩΝ. *h. e.* .... Cyzicenorum iterum Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. III. G. XVI.

T. LXII. *n. I.* NVmorum auctoritate conſtat duo templa dedicaſſe Cyzicenos, alterum Imperatori M. Opellio Macrino ; alterum eius filio Diadumeniano, ſub quo iterum Neocori facti ſunt : quum in numiſmate ex aere maximo, quod in honorem Macrini caelarunt, quod illuſtrat Senator Bonarrotius (2), Neocori tantum dicuntur. In dedicatione horum templorum ſacra certamina, vota ac ſacrificia pro ſalute itemque incolumitate eorumdem Imperatorum edidiſſe, non dubito : occaſionem vero indicat hic ipſe numus praeſtantiſſimus, nempe quod Diadumenianus Imperator a patre ſit factus : nam & Caeſar & Imperator in eo adpellatur. Aetatem eius, & locum, ubi Imperator creatus eſt, perſpicue declarat Dionis Abbreviator (3) : *Et Macrinus Apameam ad milites Albinios, per ipſa moenia venit, ac filium Imperatorem, licet annum decimum agentem, deſignavit ; ut per hanc occaſionem*,

(1) In Numiſmata max. mod. Muſei Carp. Tab. XI. num. 2. pag. 233. & 234.

(2) Tab. XI. num. 1. pag. 219. & ſeqq.

(3) Lib. LXXVIII. pag. 902.

nem , quum aliis rebus milites , tum promiſſis quinquies mille drachmis mitigaret : ac ſtatim eis mille viritim diſtribuit , & annonam reliquis itidem integram , & alia , quae ipſis ademerat , reſtituit : quod eos ſe per haec placaturum ſperaret . Eadem ex cauſa populo quoque tribuit , epuli nomine , centum quinquaginta drachmas viritim , & ante quidem , quam de ſeditione militum quidquam eis ſignificatum eſſet ; ne propter illa , ſed in honorem filii potius , epulum eis dare putaretur . Quae memorat Iulius Capitolinus de Diadumeniano , (ita ſcribendum eſſe adnotare debebat Salmaſius , non vero *Diadumeno* , contra numorum & lapidum antiquorum fidem) pugnant cum iiſdem monumentis : *Sciendum praeterea , quod* CAESAR *fuiſſe dicatur , non* AVGVSTVS *Diadumenus puer* (lege *Diadumenianus*) *quem plerique pari fuiſſe cum patre imperio tradiderunt* . Numi in eius honorem cuſi adferuntur a Mediobarbarbo (1) , in quibus PRINCEPS IVVENTVTIS . CAESAR . item AVGVSTVS & IMPERATOR vocatur . IMP. CAES. ANTON. PIVS DIADVMENIANVS : in numo , cuius typus Fortuna ſedens , cum epigraphe : P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Alterum numum a Mediobarbo deſcriptum citat etiam Pagius (2) , in cuius antica legitur : M OPEL. ANTONINVS DIADVMENIANVS AVG. qui praeterea adnotat Diadumenianum a Macrino tunc Auguſtum adpellatum , quum Apameam ſe contuliſſet . Eumdem etiam Conſulem ſuffectum creavit : ſeque Conſulem iterum in annum ſequentem deſignavit . Haec numiſmata initio ſequentis anni , menſe ſcilicet imperii decimo tertio , vel decimo quarto , percuſſa ſunt . Deeſt Praetoris nomen in ambitu eiuſdem numiſmatis ſcriptum . Mediceum hoc numiſma talem exhibet Diadumenianum , qualem deſcribit Aelius Lampridius : *Puer fuit omnium ſpecioſiſſimus : ſtatura longiuſcula , crine flavo , nigris oculis , naſo deducto , ad omnem decorem mento compoſito , ore ad oſcula parato : fortis naturaliter , exercitio delicatior . Hic ubi primum indumenta coccea & purpurea , ceteraque imperii inſignia accepit , quaſi ſidereus & caeleſtis emicuit , ut amaretur ab omnibus gratia venuſtatis* .

Duo alia numiſmata ex aere maximo , praeter hoc Mediceum , deſcribit Vaillantius (3) ; alterum a Thyatirenis , alterum a Bithyniis , ad Hypium fluvium ſitos , percuſſa in honorem Diadu-

(1) In Diadumeniano pag. 308. num. VIII.
(2) In Critic. Hist. Chron. in Baronium Tom. pag. 203.
(3) In Numis Graec. Imperat. pag. 124. & 125.

dumeniani : & alterum etiam Cyzicenorum ; ſed tertii moduli , cuius typus vacca nigra , pro Cereris hoſtia . Haud praetereundum ſilentio vetuſtum marmor adlatum in Theſauro Gruteriano (1), eidem Diadumeniano dedicatum , quod haec habet :

M. OPELLI . ANTONINI
DIADVMENIANI . CAES.
PRINCIPIS . IVVENTVTIS
C. PERPENNIANVS . V. C.
PRAEF. VRB. D. D.

Certum eſt , ſcribendum eſſe OPELLIVS ; non vero *Opilius* , ſive *Opelius* , ut hactenus magni nominis viri in eo ſcribendo peccarunt : quod alibi a me obſervatum eſt ad Inſcriptiones antiquas Etruriae (2) .

CLXXXX.

ELAGABALVS.

A. ELAGABALVS *laureatus & paludatus* .

E. IMP CAES M AVR ANTONINVS PIVS AVG.

P. *Tres Monetae ſtantes ; quae dextra aequatas lances , ſiniſtra copiae cornu tenent* .

E. AEQVITAS PVBLICA.

Ex aere rubro , cum circulo ex aere flavo . Pond. Vnc. I. S. VIII. G. I.

T. LXII. n. II. OCciſo Macrino , eiuſque filio Diadumeniano , qui , teſte Lampridio , pari poteſtate imperii , Antonini etiam nomen acceperat , in Varium Elagabalum imperium conlatum eſt , idcirco quod Baſſiani filius diceretur . Poſtremo quum accepit imperium , *Antoninus* adpellatus eſt ; atque ipſe in Romano imperio ultimus Antoninorum fuit : Imperatorum omnium plane ſceleſtiſſimus , atque impuriſſimus . Pecuniam ad felicitatem & commoda populorum curaſſe , aequitatemque monetae publicae iuſſiſſe , indicat hic numus Mediceus elegantiſſimus Romae cuſus , adnuente Senatu , quem togata mancipia adpella-
bat :

(1) Pag. CCLXXI. 5. & vide pag. L. 4.

(2) Par. III. pag. 280. 281. & 282. num. 421.

bat : verum inſanas formas binarias , ternarias , & quaternarias , & denarias etiam , atque amplius uſque ad bilibres quoque & centenarias , quas , ut narrat Lampridius (1) invenit , Severus Alexander reſolvi , neque in uſu cuiuſquam verſari praecepit . Quod nunc valde obſervatu dignum , idem typus trium Monetarum occurrit etiam in numo argenteo praeſtantiſſimo cuſo in honorem Iuliae Soaemiae Auguſtae , eius matris , inter Cimelia Albano-Vaticana (2) ; inter quae alterum numiſma ex aere maximo cum hoc ipſo ſchemate Medicei numiſmatis omnino convenit , quod luculenter illuſtrat Cl. Venutus ,

CLXXXXI.

A. *Imperator laurea , & thorace cum Gorgonis capite in medio inſignis .*

E. ΑΥΤΟΚΡΑ Κ Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ . ϹЄΒ. Αὐτοκράτορ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντωνεῖνος Σεβαστὸς . *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus Auguſtus .

P. *Hercules utraque manu cornua proſtratae cervae diſcerpens : ad eius latera clava .*

E. ЄΠΙ ϹΤΡΑΤΗΓΟΥ ΦΟΚЄΝΑΤΟΥ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΥ ΓЄΡΜЄΝΩΝ. *h. e.* Sub Praetore Phocenato Alexandro Germenorum .

Ex aere . Pond. Vnc. I. S. XI. G. XVI.

DEſcripſit hunc numum Vaillantius (3) , & Bonarrotius (4) , qui legerunt ΓЄΡΜΗΝΩΝ ; ſed vitio temporis labefactata quarta littera , N potius quam M referre viſa eſt : ſed perperam correxit pictor , me inſcio , qui pro Ω ſubſtituit O ; ſed numus habet revera ΓЄΡΜΗΝΩΝ . Horum populorum civitas ea eſſe videtur non in Galatia , ſed prope Cyzicum ſita in Helleſponto , quae a Ptolemaeo dicta eſt Ἱερα Γέρμη : *Sacra Germe* : de qua plura erudite adnotat laudatus Bonarrotius . Beneficia ab Elagabalo vel accepere , vel ſe accepturos ſperarunt Germeni , qui hunc numum , Herculeo labore inſignem , ei dedicarunt . T. LXII. n. III.

(1) In Vita Alexandri Severi pag. mihi 127.
(2) Tab. LX. num. II. pag. 121.
(3) Numiſm. Graec. popul. in honorem Imperat. pag. 126.
(4) Ad Tab. XIV. num. 8. pag. 284. & 285.

CLXXXXII.

A. *Imperator laureatus, & paludatus.*

B. ΑΥΤ Κ Μ. ΑΥΡΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟС. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντωνεῖνος. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Antoninus.

Γ. *Duo templa oblique iuxta se posita.*

Δ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ. *h. e.* Perinthiorum iterum Neocororum Actia Pythia.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. VI. G. IX.

T. LXIII. n. I. Postquam Romanum imperium adeptus est Elagabalus, nullum bellum gessit: voluit tamen, ut auctor est Lampridius, Marcomannis inferre, quos Antoninus profligaverat. Sed complura numismata cum Romae, tum in tota Asia percussa, quae eum Victorem designant; ad eam victoriam referenda sunt, quam, superato Macrino, & Diadumeniano eius filio, de eius exercitu apud quemdam Antiochiae vicum reportavit. In memoriam huiusce victoriae, & pro incolumitate eiusdem Elagabali, Perinthii sacra certamina, nec tantum Actia, sed etiam Pythia, celebrarunt; quum reliquae urbes clarissimae, non utraque simul, sed ex his unum tantum certamen ediderint, quemadmodum descripta a Vaillantio numismata testantur. Argaei *Actia*; Ierapolitae in Phrygia *Pythia*; item Ierapolitae Synnadenses & Cartabulenses *Pythia*: Pergameni & Philippopolitae, itemque Sardiani & Tarsenses *Pythia*: Nicomedienses vero, quae edidere certamina, ex eius nomine ANTONINIANA *Antoniniana* adpellarunt. In Mediceo numo, duae palmae in singulis urnis insertae conspiciuntur: ut hinc forsitan colligamus iteratos fuisse sacros ludos. Eumdem numi typum supra in numis Perinthiorum in honorem Caracallae vidimus.

SE-

CLXXXXIII.

SEVERVS ALEXANDER.

A. *Caput* SEVERI ALEXANDRI *laureatum*.

E. IMP SEV ALEXANDER AVG

P. *Tres Monetae ſtantes : dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiae geſtant*.

E. AEQVITAS AVGVSTI.

Ex aere. Pond. Vnc. I. G. XII.

OCciſo Elagabalo, Alexander Severus, iam antea, interemto Macrino, Caeſar & Auguſtus, & Pater Patriae a Senatu adpellatus, ſtatim pecuniam novis ſpeciebus inventis ab eo corruptam reſolvi, neque in uſu cuiuſquam verſari praecepit, teſte Lampridio. Hic de cauſa cuſus eſt in eius honorem hic numus ex aere maximo : idemque typus eius quoque Matri Iuliae Mammaeae, cuius optimis conſiliis parebat, adtributus, ut infra in Tab. LXVIII. num. I. videre eſt. Editi quoque numi primae magnitudinis in honorem eiuſdem Severi Alexandri occurrunt cum epigraphe : MONETA RESTITVTA S. C. Vtraque facies huiuſce pulcherrimi numiſmatis antiqua eſt; ſed in antica imago Imperatoris viriculo reſtituta adparet. T. LXIII. N. II.

CLXXXXIIII.

A. *Imperator laureatus & paludatus.*

E. IMP ALEXANDER PIVS AVG.

P. *Duo milites gradientes ; quorum alteri tropaeum, in humeris finistra gestanti, dextra hastam, Victoria coronam imponit.*

E. VIRTVS AVGVSTI.

Ex aere cum circulo. Pond. Vnc. I. S. XXII. G. XVII.

T. LXIII. n. III. ANtequam Severus Alexander ad Persicum bellum proficisceretur, Parthicam expeditionem iniisse memorat Aelius Lampridius his verbis : *Quum igitur tantus ac talis Imperator domi ac foris esset, iniit Parthicam expeditionem, quam tanta disciplina, tanta reverentia sui egit, ut non milites, sed Senatores transire dicerentur. Quacumque iter legiones faciebant, Tribuni adcincti, Centuriones verecundi, milites amabiles erant : ipsum vero ob haec tot & tanta bona provinciales ut Deum suspiciebant. Iam vero ipsi milites iuvenem Imperatorem sic amabant ut fratrem, ut filium, ut parentem ; vestiti honeste, calceati etiam ad decorem ; armati nobiliter, equis etiam instructi, & ephippiis ac frenis ducentibus prorsus, ut Romanam Rempublicam intelligeret quicumque Alexandri vidisset exercitum.* Ea occasione percussum hunc eximium Mediceum numum arbitror : cui alterum persimile, eodem emblemate ornatum, exstat in Regio Christianissimi Regis Cimeliarchio (1). Complures alii numi, adsimili emblemate insignes, a Comite Mediobarbo describuntur cum eadem epgraphe : VIRTVS AVG. (2)

Im-

(1) Tab. XXIII.

(2) In Severo pag. 316.

CLXXXXV.

A. *Imperator laurea corona, & paludamento insignis.*

E. IMP CAES M AVREL SEV ALEXANDER AVG.

P. *Templum pulcherrimum, porticibus ornatum: in cuius medio Iupiter sedens; dextra fulmen, sinistra hastam gerit.*

E. IOVI VLTORI P M TR P III COS P P.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. II. G. XXII.

ALexandro Severo, optimo Principi, ob adsertum in pristinum decus Romani orbis imperium, sublatumque omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimum Tyrannum Elagabalum, dedicatus videtur hic numus, elegantia & raritate insignis, cum epigraphe IOVI VLTORI. Huiusce dedicationis causam adstruunt frequentes Senatus adclamationes, quas memorat Lampridius, e quibus eas, quae ad hunc numum illustrandum faciunt, proferre lubet. *Antonine Alexander, Dii te servent. Antonine Aureli, Dii te servent. Antonine Pie, Dii te servent. Antonini nomen suscipias rogamus. Praesta bonis Imperatoribus ut Antoninus dicaris. Nomen Antoninorum purifica: quod ille infamavit, tu purifica. Redde integrum nomen Antoninorum. Sanguis Antoninorum se cognoscat. Iniuriam Marci tu vindica. Iniuriam Veri tu vindica. Iniuriam Bassiani tu vindica. Peior Commodo solus Heliogabalus, nec Imperator, nec Antoninus, nec civis, nec Senator, nec nobilis, nec Romanus. In te salus, in te vita, ut vivere delectet.* Verum, eodem Lampridio auctore, *Antonini* nomen, itemque *Domini*, & *Magni* titulos recusavit. Suffragante vita & moribus, uno die novo exemplo, deferente Senatu *Patris Patriae* nomen, & ius proconsulare, & Tribuniciam potestatem, & ius quinctae relationis adsumsit. Probabile est hunc numum cusum fuisse, quum Alexander Imperii Caesarei Quinquennalia edidit, quae Pagius in annum ab V. C. DCCCCLXXVIII. Christi CCXXV. consignat (1). Senatusconsulto edita etiam numismata primae magnitudinis eodem typo ornata, quae a Vaillantio (2), & a Mediobarbo (3) describun- T. LXIV. n. I.

(1) In Critica Hist. Chronol. in Annales Baronii Tom. I. pag. 207. pag. 225.
(2) Numism. Praestant. Tom. I. pag. 143. & Numism. max.
(3) In Severo Alexandro pag. 321.

buntur : item alia cum imagine Iovis ſedentis , ſiniſtra haſtam , dextra Victoriolam geſtantis , cum epigraphe IOVI . VLTORI . & quidem quum iam Conſulatum ſecundum gereret , quarta Tribunicia poteſtate decoratus (1) . Alter numus , aere maximo caelatus , a Vaillantio deſcribitur (2) , in quo PIVS . FELIX adpellatur ; cuius ſchema Iupiter ſedens , qui eidem Severo Alexandro paludato ſtanti porrigit globum , hinc inde adſtantibus praetorianis ; cum epigraphe : PERPETVITAS AVG. & in altero adſimili , pariter ex aere maximo : FELICITATI POPVLI ROMANI ; item in alio : IOVI PROPVGNATORI . inſcripto .

CLXXXXVI.

A. *Imperatoris caput laureatum .*

E. IMP SEV ALEXANDER AVG

P. *Imperator quadriiugo curru vectus , laeva eburneum tenens ſcipionem , a Victoria pone eum ſtante coronatur : duobus hinc inde praetorianis equos ducentibus .*

E. P M TR P VII COS II P P. *In exergo :* S. C.

Ex aere cum circulo ex aere flavo . Pond. Vnc. I. S. XX. G. III.

T. LXIV. *n. II.* POmpam exhibet hic numus proceſſus Conſulatus ſecundi , quem iniit Alexander Severus cum C. Quintilio Marcello conlega ſuo , anno V. C. DCCCCLXXVIIII. Chr. CCXXVI. In eo explicando non moror ; quum extimus circulus recenti artificio ei additus ſit . Memoriam proceſſus Conſulatus tertii , quem iniit cum Caſſio Dione , anno V. C. DCCCCLXXXII. Chriſti CCXXVIIII. quum gereret Tribuniciam poteſtatem VIII. quam iniit eodem anno , exhibet numiſma ex aere maximo , quod Vaillantius illuſtrat (3) . Lampridius : *Conſulatum ter iniit tantum : ac primo nundino ſibi alios ſemper ſuffecit .*

(1) Apud eumdem Com. Mediobarbum , ibidem .
(2) Pag. 225. inter Numiſmata maxima .
(3) Numiſm. ſelectior. max. mod. e Muſeo de Camps Tab. pag. 79.

CLXXXXVII.

A. *Protoma Imperatoris laureati & paludati, qui dextra pateram, ſiniſtra baculum tenet, cui advolutus ſerpens.*

E. ΑΤΤ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΑΡΧ. Μ ΕΞΟΥ ΒΑϹΙΛΗ. Αὐτοκράτορα Καῖσαρα Αλέξανδρον Ἀρχιερέα Μεγίστον Ἐξουσίαν Βασιλήιαν. *h. e.* Imperatorem Caeſarem Alexandrum, Pontificem Maximum, Poteſtatem Regiam (habentem).

P. *Serpens compoſitus in coronam, ſex humanis capitibus ornatam, & inter unumquodque caput inſculptae hae litterae.* Μ. Ε. Π. Θ. Ι. Α. Ϲ. *Intra eamdem coronam.* ΑΙΓΕΩΝ ΝΕΟΚΩΡΟΥ ΝΕΟΥ.

Ex aere. Pond. S. XXIII. G. V.

SIngulare eſt hoc numiſma Aegaeenſium in honorem Severi Alexandri, quod nec Vaillantius, nec alii Numographi deſcripſerunt. Aegis Ciliciae urbis, & quidem maritimae, celebre fuiſſe Aeſculapii templum, narrat Euſebius (1). Iiſdem cum Aeſculapii ſymbolis Aegaeenſes exhibuere Severum Alexandrum, quem, ob conlata in ſe beneficia, auctaque privilegia, tamquam ſalutare ac beneficum Numen, devenerati ſunt apud ſe commorantem. Siquidem quum e Meſopotamia de Perſis victor rediret, primo vere, anno nimirum V. C. DCCCCLXXXV. poſtquam Antiochiae hiemaſſet, Romam properans, Aegas venit, quum eorum Epochae annus CCLXXIV. adhuc decurreret: cuius adventus memoriam, navi praetoria in numis ſculpta, de qua plura Vaillantius (2), Aegaeenſes conſignarunt. Hac igitur occaſione hunc numum eidem Imperatori beneficentiſſimo conſecrarunt, &, ut opinor, ſacra certamina in eius honorem edidere, quae, primoribus illis literis indicari probabile eſt: ΜΕΓΑΛΑ. ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΘΕΟΓΑΜΙΑ. ΙϹΘΜΙΑ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. ϹΕΥΗΡΕΙΑ. Capita vero illa vel Praeſides ſacrorum certaminum deſignant: vel forte referunt patrios Deos, quos coluere Aegaeenſes; nam veteres coronis uſos eſſe cum effigie Deorum, compertum eſt, & praeſertim Imperatores, quum ludis praeeſſent; quod a Domitiano factum memorat Suetonius (3). *Aegaeenſibus* conceſſa honoris gratia adpellatio *novi Neocori*, quod ab Alexandro primum Neocori facti fuerint. De ſingulis certaminibus nihil dico, T. LXIV. n. III.

(1) Lib. III. de Vita Conſtantini Cap. 56.
(2) Ad nnmos Graec. populorum in quibus Vrbium Epochae pag. 244.
(3) In eius vita Cap. IV.

co , quum de iisdem luculenter agant magni viri Spanhemius , & Vaillantius . *Alexandrina* vero & *Severia* , sive *Severiana* ex eius nomine nuncuparunt . Quemadmodum autem Aegaeenses Alexandrum magnum coluere , quod urbem suam , novis colonis deductis , frequentem ac praenobilem fecisset , quae ex eius nomine Ἀλεξανδρόπολις & Σκυθιά a calceamenti genere , quo illius cives utebantur , dicta est : ita hunc Imperatorem , quem alterum Alexandrum Magnum adpellabant Romani , summis honoribus prosecuti sunt . Fama iam ubique gentium percrebuerat , eum ea die natum esse , qua defunctus vita Magnus Alexander dicebatur : cui pariter nutritores obtigere Olympias , & Philippus . Adcedit , quod mater eius , pridie quam eum pareret , somniavit se purpureum dracunculum parere . Haec explorata habuisse Aegaeenses , indicat corona eidem Severo Alexandro consecrata , quam dracunculus caudam depascens conficit : quo symbolo Aegyptii aeternitatem designarunt ; Aegaeenses vero , ut arbitror , aeternum fore optimi Principis imperium augurati sunt . Mitto in numis varietates ΑΙΓΕΟΝ , ut in hoc Mediceo scriptum est ; in aliis ΑΙΓΕΙΩΝ . ΑΙΓΙΕΩΝ . ΑΙΓΑΙΩΝ . ΑΙΓΕΑΙΩΝ . ΑΙΓΑΕΩΝ . quas ad Geographicas disquisitiones e numis illustrandas , adnotavit Spanhemius (1) .

C L X X X X V I I I.

A. *Imperator laureatus & paludatus .*

E. ΑΥ Κ Μ ΑΥΡ ΣΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Αὐτοκράτορ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρος Ἀλεξανδρός : *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Alexander .

P. *Imperator equo ocissime currenti insidens , dextra vibrans iaculum .*

E. . . . . ΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

Ex aere flavo . Pond. Vnc. I. S. II. G. XXII.

T. XLV. n. I. EPigraphe aversae partis huiusce numismatis eximii , e Museo Nicolinio depromti , temporum vitio labefactata , auspice alio numismate Cimeliarchii Christianissimi Regis integerrimo , cum eodem typo , ita restituitur : ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ . ΔΙΣ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ : *Perinthiorum iterum Neocororum* . Cusus a Perinthiis videtur in memoriam Parthicae expeditionis , quam suscepit ; de qua

(1) Differt. IX. de Praest. & Vsu Numism. antiq. §. IV. pag. 597.

qua ſuperius ad numum II. Tab. LXIII. diſſeruimus, adlato Lampridii teſtimonio. Ita Imperatores in hoſtes Romani imperii arma moventes, bellumque parantes, ex equo pugnantes, iaculumque intorquentes in numis exhiberi ſolent: quibus, ſi victores fuerint, hoſtiumque exercitus profligarint, equi ungulis proſtratus calcatuſque captivus ſubiicitur. Complura numiſmata Severo Alexandro dicata a Perinthiis, quae a Vaillantio recenſentur (1), anſam ſubſpicandi praebent, hunc Imperatorem apud Perinthios moratum eſſe, antequam devictis Perſis, Romam de iiſdem triumphaturus reverteretur. Certamina *Actia Pythia* eos in honorem Severi Alexandri edidiſſe, declarat inſignis numus maximus, quem, e Muſeo V. C. Abatis de Camps editum, illuſtrat Vaillantius (2), ad quem Lectorem ablego.

CLXXXXVIIII.

A. *Imperator laurea corona, & paludamento inſignis.*

E. ΑΤ Κ Μ ΑΥΡ CЄΥΗ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΥ. *Αὐτοκράτωρ Μάρκος Αὐρήλιος Σεουῆρος Ἀλέξανδρος Αὐγουστός*. *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Aurelius Severus Alexander Auguſtus.

P. *Aeſculapius ſacra faciens, ſtans ante aram ſacro igne ardentem; ſiniſtra haſtam, ſive ſceptrum, dextra pateram tenet.*

E. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕ........ *h. e.* Perinthiorum iterum Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. S. XVIIII. G. XX.

DOctiſſimus Vaillantius (3) e Muſeo celeberrimo praelaudati Abbatis Franciſci De Camps alterum numum ex aere maximo, huic Mediceo ſimillimum, profert: in hoc tamen variat eius typus, quod Aeſculapius, quem Perinthii, uti paullo ſuperius diximus, ſumma religione devenerati ſunt, apud eumdem Vaillantium, dextra manu extenſa, digito indicat; in Mediceo vero pateram tenet, declaratque ara igne ſuccenſa, & encarpis coronata, Perinthios ante ludorum celebrationem ſacra pro Severi Alexandri incolumitate, itemque pro parta de Parthis, ſeu Perſis eius victoria gratias tutelari numini ſuo ſolennes egiſſe. T. LXVI. n. II.

(1) Num. Imperat. a Graec. Popul. cuſa pag. 139.
(2) Tab. pag. 79.
(3) In Numiſm. ſelectiora in aere max. mod. e Muſeo Ill. De Camps Tab. pag. 79. & 80.

C C.

A. *Imperator paludatus, capite laurea corona redimito:*

E. ΑΥ Κ Μ ΑΥΡ ΣΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σεουῆρος Αλέξανδρος. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Alexander.

P. *Iupiter dextra pateram, sinistra hastam, sive sceptrum tenens, adstante ad pedes aquila, sedet in medio duodecim signorum Zodiaci: in vertice hinc & inde bigae; quarum altera Solis, altera Lunae: in imo duo Geni, alterum Terrae, alterum Aquae, decumbentes gestant copiae cornu.*

E. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΙΩΝΩΝ. *h. e.* Perinthiorum iterum Neocororum Ionum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. IV. G. VIIII.

T. LXVI. *n. III.* PRovinciales tanquam Deum subspexisse Severum Alexandrum, optimum Principem, narrat Lampridius. Nil mirum igitur si Perinthii Iovi similem eum effinxere in hoc praestantissimo numismate, ut omnes intelligerent Severum Alexandrum aequissimo regimine suo, iustitiae, humanitatis, & beneficentiae plenissimo, aeque Romani orbis imperium feliciter moderari, ut Iupiter caelum: quapropter eum inter Solis & Lunae currus, inter Zodiaci signa, inter Terrae, & Aquae Genios conlocarunt, quasi non secus ac Iupiter hominum commoda, vitasque tueretur. Eodem typo insignem numum Nicaeenses Antonino Pio dedicarunt, quem e Cimeliarchio Albano-Vaticano profert, & erudite illustrat Venutus (1). Cum hoc Mediceo numismate, a Perinthiis cuso, alterum convenit, quod servatur in Gaza Christianissimi Galliarum Regis (2); item alterum, licet minus accurate delineatum, quod explicat Cl. Patinus (3). In hoc numismate, aliisque compluribus Severo Alexandro dicatis, Perinthii ad testandam originem urbis suae, conditae a Perintho Epidaurio, se Iones adpellant (4). Varia etiam litterarum figura, quae ab editis Perinthiorum numis discrepat, praesertim litterae ω, adnotanda est.

Im-

(1) Tab. XXV. num. III. pag. 5.
(2) Tab. XXIV.
(3) In Thesauro Numismat. max. mod. Cap. V. pag. 121.
(4) Vide Vaillant. Num. Imperat. Graec. pag. 139.

CCI.

A. *Imperator laureatus & paludatus.*

E. ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ΣΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΥΓ. Αὐτοκράτωρ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρος Αλέξανδρος Αὔγουστος. *h. e.* Imperator Marcus Aurelius Severus Alexander Auguftus.

P. *Hercules & Bacchus ftantes, dextras iungunt.*

E, ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΙΩΝΩΝ ΔΙΣ ΝΕ::::::ΡΩΝ. *h. e.* Perinthiorum iterum Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. VII. G. VIII.

VAillantius (1) ita defcribit pofticam faciem huiufce numifmatis, quod Perinthii, iterum facti Neocori, Severo Alexandro Imperatori dedicarunt: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΙΩΝΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Hercules nudus & Bacchus cum ftrophio ftantes: ille clavam, hic poculum & thyrfum.* De Hercule nullus eft dubitandi locus: circa Bacchum oritur in me difficultas; nam caput habet diademate revinctum, defluitque e laevo humero amiculum; fed nec poculum, nec thyrfum praeferre apertiffime confpicimus. Haud omnino negaverim Bacchum effe poffe, quem Perinthii non fecus ac Herculem fumma religione coluerunt; nam in altero numo Regio, quem idem Vaillantius (2) defcribit, Bacchus cum poculo fculptus eft cum fuo famulitio. Verum, quum in hoc praeclaro Mediceo numifmate figura illa, dextram iungens cum Hercule, nullum praeferat fymbolum ex his, quae Baccho tribuuntur: probabilius crediderim referre Perinthum Epidaurium, Perinthiorum illuftris urbis, Stephano tefte, conditorem: quapropter ad arguendam originem fuam, uti paullo ante monuimus, iidem fe Iones adpellant. Siquidem, ut idem Vaillantius obfervat (3), Epidaurus urbs erat in ea Peloponnefi parte, quam habitabant Iones; quod confirmat Paufanias (4), quum de Ionum duce Procle loquitur: qui poftquam ab Acheis eiecti funt, in Afiam eos duxit. *Erat Ionum dux Procles, Pityrei filius, & ipfe Epidaurius*: & paullo poft: *Genus Procles ducebat ab Ione Xuthi filio*: unde Iones ab eo dicti funt. T. LXVII. n. I.

Severum Alexandrum apud Perinthios moratum effe, ludifque fibi dedicatis interfuiffe, fuadent alia tria numifmata perexi-

(1) In Numifm. Imperat. a Graec. popul. pag. 139.
(2) Ibidem.
(3) In Numifm. felectior. max. mod. Mufei de Camps pag. 79.
(4) In Achaicis five Lib. VII. Cap. IV.

mia, aere maximo caelata, eidemque Imperatori a Perinthiis dedicata, quae defcribit praelaudatus Vaillantius (1): nam alterum, quod inter Cimelia Celfiffimi Principis Cardinalis Leopoldi recenfet (quod non vidi) pro typo exhibet menfam, fupra quam duae urnae, cum infertis palmis, quae facros agones defignant: in altero apud eumdem Vaillantium (2), fpectatur Severus Alexander Imperator paludatus, ftans, dextra haftam, finiftra parazonium gerens, quem Victoria, pone eum ftans cum palma, coronat: in area vera, quae fuerint certamina ab ipfis celebrata in eius honorem declarantur, nempe *Actia Pythia*: alterum autem inter Cimelia Harvei Angli Oratoris Conftantin. (3) exhibet mulierem ftolatam ftantem, quae dextra templum, finiftra cornu copiae tenet: hinc pro pedibus urna; inde altera pomis referta. His addendus pereximius numus maximae magnitudinis, in Pifanio Mufeo adfervatus (4), cuius typus navis Praetoria cum velo expanfo, quem etiam Vaillantius apud fe exftare adfirmat, in quo Perinthi Iones fe adpellant, & Neocoros tantum, non autem hoc honore iterum nobilitatos fe declarant: quod emblema, Severi Alexandri adventum ad Perinthiorum urbem, cetera vero moram, atque in ludis, eidem dicatis ob partam Perficam victoriam, praefentiam, licet nulla de his apud Scriptores mentio, clariffime teftari videntur.

Im-

(1) Loco fuperius memorato.
(2) Ibide.
(3) Ibidem
(4) Editus Tab. L. num. I.



CCII.

A. *Imperator laurea cinctus, armis, & hasta, quam dextra defert, insignis: caput eius dextrorsum conversum.*

E. ΑΥΤ CΕΟΥΗΡΟC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. Αὐτοκράτωρ Σεουῆρος Ἀλέξανδρος. *h. e.* Imperator Severus Alexander.

P. *Diana Venatrix, dextra icunculam praeferens, sinistra arcum: pone eam a dextris cerva, ad eius latus anterioribus pedibus subsiliens.*

P. ΕΠΙ Σ. ΑΥΤΟΥΜΑΛΕC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟC ΛΙΒΥΚΗ. *h. e.* Sub Praetore Automaleae Metropoleos Libycae.

Ex aere flavo. Pond. S. xxiii. G. v.

PErrarum hoc numisma docet, Automaleam in Libya, metropoleos dignitatem obtinuisse, multisque beneficiis a Severo Alexandro decoratam fuisse. Stephanus parvum Libyae oppidum adpellat, auctore Polyhistore Lib. III. & ab Apollodoro Automalam nominatam adnotat. Automaleorum meminit Herodotus, cuius textum emendat Salmasius in Plinianis Exercitationibus in Solinum (1). Horum tutelare numen Diana Venatrix. Ea sculpta est solutis, & incomtis crinibus, rudi brevique amicta tunica, nec gemino cinctu reducta; adeoque non in paucis diversa a plerisque cum editis eius imaginibus, ut in sequenti Mytilenaeorum numismate, tum etiam ab hac descriptione Claudiani (2): T. LXV. n. II.

Brachia nuda nitent: levibus proiecerat auris
Indociles errare comas; arcuque remisso,
Otia nervus agit: pendent post terga sagittae.
Crispatur gemino vestis Cortynia cinctu,
Poplite fusa tenus. ———

Quid praeferat dextra manu, recte satis expiscari non potui: icunculam certe: &, uti visum est, facile Tritonem: quod ad mare sita Automalea urbs, de qua Strabo, a quo Ἀυτόμαλα φρούριον: *praesidium habens describitur, in totius sinus recessu positum* (3): at paullo superius de eadem haec scribit (4): *Maioris Syrtis circu-*

lum

(1) Cap. XXVIII. pag. mihi 271.
(2) Lib. II. de Raptu Proserpinae.
(3) Geograph. Lib. VII. p. 836.
(4) Ibidem Lib. II. p. 123.

lum Eratosthenes ait esse stadiorum ɪↄↄ. *profunditatem* cɪↄ. ɪↄ. ccc. *ab Hesperidum insulis ad Automala , & Cyrenaicae limites ad reliquam Libyam* . Metropoleos dignitate ornatam Automaleam discimus ex hoc numo . Lampridius : *Provincias praetorias , praesidiales plurimas fecit : proconsulares ex Senatus voluntate ordinavit* . Automaleos arbitror hunc numum cudisse in memoriam eius in Parthos bellicae expeditionis , quum idem Imperator proficiscentis ad bellum habitu , armis insignis , sculptus sit . Pro H scriptum Є liquet in nomine ΑΥΤΟΜΑΛΕΙC. & omissa Σ , vel temporum labe deleta , in fine ΛΙΒΥΚΗ pro ΛΙΒΥΚΗC . Perperam descriptum habes hunc numum apud Vaillantium (1) .

CCIII.

A. *Imperator radiata corona , & paludamento insignis .*

E. ΑΥΤ Κ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ΕΞΑΝΔΡΟC ΑΥΓ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ (*supplendum* Μ. ΑΥΡΗ CΕΥΗ) ΑΛΕξανδρος Αὔγουστός . *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Alexander Augustus .

R. *Imperator equo decurrens , telo leonem impetit .*

E. ΕΠ Μ ΑΥΡ ΦΡΟΝΤΩΝΟC ΚΑΙ ΑΙΛ Ι ΦΗCΤ Η::: ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *h. e.* Sub Marco Aurelio Frontone , & Aelio Hephesta Byzantiorum .

Ex aere flavo . Pond. S. xxiii. G. v.

T. LXV. n. III. MVltis magnisque honoribus Severum Alexandrum Imperatorem prosecuti sunt Byzantii , uti numismata in eius honorem edita testantur ; in quibus sacra etiam ab iisdem celebrata certamina indicant urnae , sive lebetes , victorum praemia , cum palmis , quae in aliquot numis a Vaillantio descriptis observantur (2) . Typus huiusce numismatis Imperatoris robur , & fortitudinem declarat : sive editas , eo forsitan praesente , venationes . Severus Alexander radiata corona insignis expressus est , qua Imperatores in Consulari processu uti solebant ; quod ab Antonino Caracalla apud Perinthios factum , paullo ante adnotavimus (3) ; eo namque ornamento , ob praeclara merita , Diis pares, dum adhuc viverent , indigitabantur . Duo insignia in hanc rem loca non praetermittam , alterum Plinii ad Traianum

(1) In Num. Imperat. Roman. a Graec. pop. cus. pag. 135.
(2) Ibidem , pag. 135.
(3) Ad Tab. LVIII. num. 3. pag. 65. & sequent. item ad Tab. LX. num. III. pagg. 65. & 67.

num (1): *Horum unum si praestitisset alius, illi iam dudum radiatum caput, & media inter Deos sedes auro staret, aut ebore, augustioribusque aris, & grandioribus victimis invocaretur:* alterum Mamertini ad Maximianum (2): *Et sellae curules, & haec obsequiorum stipatio, & fulgor, & illa lux divinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt ornamenta meritorum* (3).

Numus ex aere maximo, e Pisanio Museo depromtus, cum Mediceo in multis convenit, quo auspice corrupta temporis iniuria inscriptio in utraque facie restitui potest: nam haec habet: ΑΥΤ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC ΑΥΓ. & Imperator radiato capite dextrorsum versus, clypeum dextra, laeva hastam ostentat. In postica vero facie equo idem Imperator vectus decurrit, non telum, sed hastam dextra gerens: quo typo eius in Parthos, seu Persas expeditio declarari videtur. Ita pariter se habet inscriptio: ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΦΡΟΝΤΟΝΟC. ΚΑΙ. ΑΙΛ ΦΗCΤΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Perperam vero scriptum liquet ΦΡΟΝΤΟΝΟC, pro ΦΡΟΝΤΩΝΟC. Sed in tribus numis ab Harduino descriptis (4), qui extant in Regia Gaza, tum Macrini, tum Alexandri Severi, & Iuliae Mamaeae, ΦΡΟΝΤΩΝΟC scriptum est, & Aelii cognomen est ΦΗCΤΟΥ, quemadmodum & in duobus numis a Vaillantio legitur. His addendum alterum Byzantiorum numisma inter Cimelia Albana-Vaticana, cuius epigraphe in postica facie ita se habet: ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC. ΚΑΙ. ΑΙΛ ΦΗCΤΗC CΕΒΑCΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. quo auspice discimus a Byzantiis *Augustea*, sive *Augustalia* certamina in honorem Severi Alexandri celebrata fuisse, & ut coniici probabiliter potest, eo Imperatore praesente; nam idem Imperator sculptus est, velato capite, Pontificum more, stans ante feminam, impositis capiti pro corona turribus insignem, nempe Vrbis Genium, quae pariter stat, dextraque pateram, sinistra cornu copiae tenet: interposita vero cernitur in medio ante eos mensa cum urna, seu lebete, quibus donata victoribus in sacris ludis praemia declarantur. Cum hac epigraphe ea concordat, quae habetur in adlato Mediceo numo, qui licet temporum vitio corruptus sit, referre tamen visus est in fine: ΚΑΙ ΑΙΛΙ ΦΗCΤΗC· & quia post Λ sequitur alia littera Ι. quae in Vaticano numismate desideratur (quod est expendendum) suspicio mihi orta est, for-

(1) Cap. LII.
(2) Cap. III.
(3) Vide Cl. Senat. Bonarrotium in num. max. mod. Mus. Carp. Tab. VIIII. num. 3. pag. 178. 179.
(4) In numos antiquos Populorum, & Vrbium illustratos, pag. 106. & 107.

forsitan legendum ΗΦΗϹΤΗϹ. melius ΗΦΑΙΣΤΗΣ: hoc est *Hephaesta:* quod cognomen non raro in vetustis saxis scriptum me legere memini. Expendendum etiam, utrum ob iniqua spatia scriptum fuerit per singularia ΑΙΛ ΗΦΗϹΤ ΗΓ. quae nota ΗΓ, interdum postrema occurrit, & *Praesidum* dignitatem designat: quod probabilius videtur.

CCIIII.

A. *Imperator laureato capite, dextrorsum converso, armatus clypeo, hasta, & lorica squamis conserta.*

E. ΑΤ ΚΑΙ Μ ΑΤ ϹЄ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟϹ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρος Ἀλέξανδρος. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Alexander.

P. *Diana Venatrix currens, e pharetra sagittam educens dextra, arcum tenens sinistra: pro pedibus canis.*

E. ЄΠΙ ϹΤΡ ΑΤ ΓΡΟϹΔЄΚΤΟΤ ΠΑΡΔΟΛΟΤ ΜΤΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *h. e.* Sub Praetore Aurelio Prosdecto Pardoli F. Mytilenaeorum.

Ex aere. Pond. Vnc. I. G. V.

T. LXVI. n. I. CVsus videtur hic numus integerrimus, & elegantissimus a Mytilenaeis, in memoriam Parthicae potius expeditionis Severi Alexandri, quam Persicae; nam Imperatoris genae barba nondum inumbratae conspiciuntur. Summa disciplina, summaque sui reverentia milites ea in expeditione continuisse, iam paullo superius, auctore Lampridio, adnotavimus (1). Pro eadem expeditione, proque eiusdem Imperatoris incolumitate, vota nuncupasse, sacraque patriis Diis Mytilenaeos fecisse, non dubito. Idem schema Dianae Venatricis occurrit non raro in aliis eorumdem populorum numis, & quidem in honorem Iuliae Domnae, sub Praetoribus P. Posidonio, & Valerio Aristomacho (2), primae magnitudinis: in honorem Antonini Caracallae sub Praetore iterum Apella, Menemachi filio (3), ex aere maximo, penes Vaillantium, qui & hunc ipsum numum inter Cimelia Iulii Florentii, nobilis Romani, describit (4).

Im-

(1) Ad numum in Tab. LXIII. num. III. pag. 92.
(2) Vide Vaillantium in Num. Imperat. a Graec. popul. cus. pag. 92. & 93.
(3) Ibidem, pag. 105.
(4) Ibidem, pag. 138.

C C V.

A. *Imperator laurea redimitus.*

R. Α Κ Μ Α ϹЄΟΥ. ΑΛЄΞΑΝΔΡΟϹ ϹЄΒ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σεουῆρος Ἀλέξανδρος Σεβαστός. *h. e.* Imperator Caefar Marcus Aurelius Severus Alexander Auguftus. *In area utrimque* Π. Π. Πατὴρ Πατρίδος. *h. e.* Pater Patriae.

P. *Navis cum velo expanfo: infra in undis duo delphines; interque eorum capita corona cernitur.*

E. ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ΑΛΕΞΑΝΔΡ⁞⁞ ⁞⁞ΟΥ ΤΑ⁞⁞ ⁞⁞ ΜΗ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞ ⁞⁞. *In area utrimque circa navis vela.* Α Μ Κ.

Ex aere. Pond. S. XIX.

TArfus, uti fupra adnotavimus (1), a Severo primatum provinciae obtinuit; quem indicant fingulares litterae A M K. hoc eft: Πρώτη Μεγίστη Κιλικίας: *Prima Maxima Ciliciae*; quam interpretationem reliquis antiquariorum praeferendam docet Dio Prufaeenfis (2), quem adfert Cl. Venutus (3). Eadem Metropolis multis aucta beneficiis ac privilegiis ab Hadriano, Antoninis, Severo, & Alexandro, eorum nomine nobilitata, maxime fupra ceteras eminuit: quapropter corrupta temporis iniuria huius perrari numifmatis, quod Vaillantius praetermifit, epigraphe, &, me invito atque infcio, vitiata correctione a pictore, ita reftituenda eft aliorum numifmatum auctoritate: ΑΔΡ. ΑΛЄΞΑΝΔΡ. ϹЄΟΥ. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΩϹ. Α Μ Κ. Typus ipfe huius numifmatis anfam fubfpicandi praebet, Severum Alexandrum hanc metropolim clariffimam adiiffe, & fortaffe etiam facra certamina, inter quae *Cerealia* in numis memorantur, praefentia fua honeftaffe, & vota Diis feciffe, quum in numo idem Imperator togatus facra Diis faciens exhibeatur (4). Delphines Neptuno facri, in hoc Mediceo numifmate fculpti, quorum in medio corona e pinu, vel ex apio expofita eft, ludos Neptuno Reduci dicatos a Tarfenfibus pro felici itu redituque Alexandri, quem honeftiffimo *Patris Patriae* titulo decorarunt, ut reor, defignat. Quid vero exhibeat monetae cudendae Praefidis nota, in pectore Imperatoris impreffa, aliis expendendum relinquo. T. LXVII. n. II.

(1) A pag. 12. ad pag. 20. Vide etiam Vaillantium in felectiora Numifm. Muf. Abb. de Camps pag. 59.
(2) Orat. XXXIV.
(3) In ant. Numifm. Albano-Vatic. Tab. LII. num. III. pag. 106.
(4) Apud Vaillantium pag. 140.

CCVI.

A. *Capita Alexandri Severi laureati, & Mamaeae adversa.*

E. IMP CAES ALEXAND AVG IVLIA MAMAEA AVG. *Infra* MATER AVG.

P. *Imperator togatus & laureatus sedens, dextra globum, laeva volumen tenet: eius capiti Victoria coronam imponit: adstant duae feminae, quarum altera hastam gerit.*

E. FELICITAS TEMPORVM.

Ex aere, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XIX. G. VII.

T. LXVII. n. III. EVectum ad fastigium Romani imperii ope, & consilio Mamaeae matris, ab eaque imbutum in pueritia optimis artibus, cum civilibus tum militaribus, Alexandrum Severum, luculenter testantur Herodianus (1) & Lampridius, qui honores ab eo in matrem delatos ita recenset: *In matrem Mamaeam unice pius fuit, ita ut Romae in Palatio faceret diaetas nominis Mamaeae, & in Baiano palatium cum stagno, quod Mamaeae nomine hodieque censetur*. Praeterea: *Puellas & Pueros, quemadmodum Antoninus Faustinianas instituerat, Mamaeanas, & Mamaeanos instituit*. Et alibi: *Et quum puer ad imperium pervenisset, fecit cuncta cum matre, & ut illa videretur imperare*. Quod ad imperium eius adtinet, cunctis amabilem fuisse, dictumque ab omnibus sanctum, & reipublicae utilem, idem Lampridius memorat. Laudatur etiam, quod Christianos esse passus sit, Christique & Abrahami imagines in larario suo cum aliis Heroibus conditas, matutinis horis coluerit, remque divinam fecerit. Honoris igitur causa matris effigies cum filio copulatur in hoc praestantissimo numismate, subiecta epigraphe MATER AVG. In postico emblemate, feminam illam stantem, quae hastam tenet, Iunonis effigie subspicor sculptam esse Mamaeam, cui Alexander Severus globum, Romani imperii symbolum, ostentat, quasi susceptum regimen ad eam referat. In numis compluribus Mamaeae dicatis, eadem Augusta Iunoni adsimilatur, quorum epigraphe: IVNO CONSERVATRIX. Altera femina Felicitatem exprimit, quae in altero numismate ex aere maximo, Mediceo simillimo, quod Vaillantius describit (2), caduceum tenet, quae etiam interdum absque hoc symbolo occurrit. Adstat

(1) Lib. V. Cap. VII. & Lib. VI. Cap. I.

(2) Numismat. ex aere max. pag. 126.

ſtat Victoria, Imperatorum, qui caeſis debellatiſque hoſtibus, Romani imperii gloriam amplificarunt, individua comes, quam ita pingit Ovidius (1):

Auſoniumque Ducem ſolitis circumvolet alis:
Ponat & in nitida laurea ſerta coma.

In alio numiſmate praeſtantiſſimo, quod e Cimeliis Albanis in Vaticana translatum eſt, Alexander Severus ſtellato orbi uti throno impoſitus, Iovi ſimilis, ad ſiniſtram eius ſedet, cui pariter Victoria lauream coronam imponit, cum eadem epigraphe: FELICITAS TEMPORVM. Cum in hoc, tum in aliis duobus numis ex aere maximo, a Vaillantio deſcriptis (2), capita Alexandri Severi & Mamaeae adverſa ſpectantur: & in altero ſcriptum in poſtica facie: IOVI CONSERVATORI; in altero: ROMAE AETERNAE.

CCVII.

IVLIA MAMAEA.

A. MAMAEAE *caput*.

E. IVLIA MAMAEA AVGVSTA.

P. *Tres Monetae ſtantes: dextra aequas lances, ſiniſtra copiae cornu tenent*.

Ex metallo albo inaurato. Pond. S. XVIIII. G. XVIIII.

Monetam Populi Romani, ab Elagabalo novis ſpeciebus inventis corruptam, ab Alexandro Severo providentiſſimo Principe reſtitutam fuiſſe, paullo ſuperius adnotavimus (3), adlato eius numiſmate, in quo tres Monetae ſculptae ſunt, cum epigraphe: AEQVITAS AVGVSTI. Nunc idem typus occurrit in hoc perraro numiſmate, in honorem Iuliae Mamaeae, eius matris, percuſſo; in quo tamen ita variat epigraphe: AEQVITAS PVBLICA. Hinc colligere lubet, Mamaeae conſiliis Alexandrum Severum, reſtituta publica moneta, publicae utilitati ſapienter conſuluiſſe; quare frequenter ei adclamatum legimus apud Lampridium: *Felices nos imperio tuo:* T. LXVIII. n. I.

(1) Triſtium Lib. II Eleg. I. v. 171.
(2) Loco ſupra citato, hoc eſt, pag. 226. & 227.
(3) Ad Tab. LXIII. num. II. pag. 91. In aliis numis Mamaeae apud Mediobarbum: FELICITAS PVBLICA legitur.

Felicem Rempublicam. Mediceo huic numiſmati raritatis pretium addit metalli genus, de quo ampliſſimus Senator Bonarrotius multa luculenter obſervat (1). Numos aliquot electrinos ab Alexandro ſignatos, memorat Lampridius: *Alexandri habitu numos plurimos figuravit, & quidem electrinos aliquantos; ſed plurimos tamen aureos*.

CCVIII.

A. *Iulia Mamaea, ſpecie Dianae, cum pharetra & arcu*.

E. ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΜΑΙΑ. ΑΥΓΟΥ. *h. e.* Iulia Mamaea Auguſta.

P. *Mulier ſedens, ſiniſtra haſtam, dextra puerulum in ſinu gerit*.

E. ΣΤΡΑ ΑΓΑΘΕΙΝΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΤΟΥ ΙΗ. *h. e.* Praetore Agathino Apolloniatarum.

Ex aere flavo. Pond. S. xx. G. xix.

T. LXVIII. *n. II.* Vaillantius refert hunc numum raritate inſignem ad Apolloniatas in Lydia (2); perperam tamen ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ exſcripſit, & ΤΟΥ ΙΗ in exergo praetermiſit, quum numus perſpicue habeat ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ, & in exergo ΤΟΥ ΙΗ. Complures numi, quos illuſtrat Harduinus (3), praeferunt ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ; unus dumtaxat ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ, & hos Cariae adſignat. Stephanus viginti quinque huius nominis urbes recenſet, quae nomen omnes ab Apollinis cultu traxerunt. Ad Apolloniam in Illyrici ora, vel in Epiro ſitam, lubentius referam hunc numum, praeeunte doctiſſimo P. Eraſmo Froelich S. I. P. qui adnotat Apolloniam hanc a Cicerone (4) *magnam Vrbem & gravem* adpellatam, quae Stephano Πρώτη Πόλις Ἰλλυρίας, *Prima Vrbs Illyrici* dicitur. Huius urbis numus in honorem Antonini Caracallae cuſus, a P. Froelich deſcriptus (5), exhibet Apollinem nudum ſtantem, ſiniſtra tenentem arcum, cui adſtat Fortuna temonem & copiae cornu gerens. In hoc Mediceo mulierem illam, puerulum in dextra ulna gerentem, Fortunam (6), ſeu Veſtam eſſe, ſubſpicari poſſumus, quam ſculptam cum Iove puero in ſinu, deſcribit Albricus Philoſophus (7). Ita quoque Prae-

(1) In Tab. XXI. num. 1. pag. 320. 321. 322.
(2) In Numiſm. Imperat. Auguſtarum & Caeſar. a populis Graec. loq. percuſſa pag. 141.
(3) In numos antiquos Populor. & Vrbium illuſtrat. pag. 62. & 63.
(4) Philippic. II.
(5) In Appendice ad Numos Auguſtorum, ab Vrbibus Graec. loqu. percuſſos, pag. 448.
(6) Vide Pauſaniam in Boeoticis Lib. IX. Cap. XVI.
(7) Cap. XVII. de Veſta, quae eadem ac Rhea.

Praeneſtini Fortunae ſignum cum Iove puero fecerunt, quod deſcribit Cicero (1). Iunonis Lucinae imaginem, cum puero in dextra, praefert ara eidem ſacra inter Donianas Inſcriptiones (2). Huius Deae imaginem aptaſſe Apollianatas reor Iuliae Mamaeae, ut ex optima matre optimum Principem, veluti alterum Iovem, prodiiſſe ſignificarent.

CCVIIII.

B A L B I N V S.

A. *Imperator* BALBINVS *laurea corona, & paludamento inſignis.*

B. ΑΥΤ ΚЄC ΚΑΙΛ ΒΑΛΒЄΙΝΟC CЄΒ. Π Π. Αὐτοκάρτωρ ΚЄC (Καῖσαρ) Καίλιος Βαλβεῖνος Σεβαςὸς Πατὴρ Πατρίδος. *h. e.* Imperator Caeſar Caelius Balbinus Auguſtus Pater Patriae.

P. *Tres Charites nudae, brachiis ſe ſe mutuo complectentes, quarum una pomum ſiniſtra oſtentat.*

E. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡ Α Μ Κ Γ Β. Ταρσοῦ Μητροπόλεως Α (Πρώτης) Μεγίςης Κιλικίας Γνώμῃ Βουλῆς. *h. e.* Tarſi Metropoleos Primae Maximae Ciliciae, Decreto Senatus.

Ex aere. Pond. S. XXI. G. XVIII.

ALexandro interemto, mox etiam Maximino, qui nondum Senator, e militari corpore, ſine decreto Senatus, Imperator ab exercitu ſalutatus fuerat, in conſortium imperii accepto filio ſuo, quum duo Gordiani pater & filius in eorum locum ſubrogati eſſent, iiſdem pariter in Africa occiſis, D. Caelius Balbinus, & Maximus Pupienus, ex Praefecto Vrbi, ad regimen Romani orbis Senatuſconſulto, geſtiente, fauſtiſque adclamationibus tota Vrbe perſonante, evecti ſunt. Quo anno, quove menſe haec adciderint, paullo poſt dicam. Tarſenſes hunc numum integerrimum ac praeſtantiſſimum, decreto totius Ciliciae Conventus, ſive Senatus, Balbino dedicarunt; atque eleganti hoc typo, ut auguror, eius beneficentiam declarare ſtuduerunt. Siquidem Charites, Iovis filias, ἐνεργετικὰς *beneficas* cenſuit erudita vetuſtas (3), quae, quomodo beneficia in alios conferenda ſint, hoc docuit exemplo. Occurrit idem typus in alio Tarſenſium numiſmate in honorem Maximini Imperatoris T. LXIX. n. 1.

(1) Lib. II. de Divinat.
(2) Tab. IV. num. II. pag. XLV. & ſeqq.
(3) Vide Phurnutum de natura Deorum Cap. XV. & Natalis Com. Mythol. Lib. IV. Cap. XV.

toris percusso, quod in Museo Pisanio adservatur (1). Quae ad illustrandas Charitum imagines huc adferri possent, praetermitto, quum de iisdem nonnullas observationes alibi in medium protulerim (2). De singularibus illis literis A M K Γ B, dicam ad numum, qui sequitur. Alterum Milesiorum, & hunc Tarsensium numum Balbino dedicatum, describit, sed cum mendis, Vaillantius (3). Alterum item Tarsensium numum ex aere maximo habes penes Cl. Froelich (4), cuius typus tres Deae stantes, quas Nemeses esse censet: sed anticae partis epigraphe ita se habet: ΑΥΤ. Κ. ΔΕ. ΚΕΛ. ΒΑΛΒΕΙΝΟϹ. ϹΕΒ. Π. Π.

C C X.

P V P I E N V S.

A. *Caput* PVPIENI *laureatum.*

E. ΑΥΤ ΚΑΙϹ Μ ΚΛωΔ ΠΟΥ:: ::ΗΝΟϹ ϹΕΒ. Π Π. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Κλώδιος Πουπιῆνος Σεβαστὸς, Πατὴρ Πατρίδος. h. e.* Imperator Caesar Marcus Clodius Pupienus Augustus, Pater Patriae.

P. *Apollo stans: ad eius pedes cervus.*

E. *Epigraphe in ambitu temporum vitio fugit. In area hinc inde:* A M K Γ Γ. hoc est: Πρώτης Μεγίστης Κιλικίας. Γνώμη Βουλῆς. *h. e.* Primae Maximae Ciliciae, Decreto Senatus.

Ex aere. Pond. S. XVIII. G. XVI.

T. LXVIII. n. III.

QVod ex omnibus clarissimis Asiae urbibus, solius Tarsi exstent numismata eidem Pupieno Augusto dedicata, subspicatur doctissimus Vaillantius (5) eum aliquando Ciliciae praefuisse: qua de causa haec illustris Ciliciae metropolis, primatus honore insignis, huic Imperatori devota, aliorum Principum, quae adsciverat nomina, in numis hisce proferre desiit. Tarsenses Pupienum *Patriae Patrem* adpellant in hoc Mediceo numo, qui inter praestantissimos, ac rarissimos censendus est. Quae deest in ambitu posticae partis epigraphe, ita supplenda est: ΤΑΡϹΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ, ex alio numismate maximae magnitudinis, quod e Museo D. Abbatis de Camps depromtum illustrat idem Vaillantius (6); eiusque typus est Hercules Antaeum op-

(1) Tab. LI.
(2) Ad Monum. sive Columbarium Lib. & Serv. Liviae Aug. Tab. VI. pag. 10.
(3) Ad Numos Imperat. a popul. Graec. loq. cus. p. 147.
(4) In Appendice ad Vaillant. Numos &c. pag. 323.
(5) In Selectiora Numism. max. mod. e Museo D. Abbatis de Camps pag. 85.
(6) Ibidem Tab. pag. 85.

opprimens. In hoc vero ſpectatur, uti videtur, Apollo, inter peculiares Tarſenſium Deos laudatus a Dione Chryſoſtomo (1), quique idem eſt ac Sol, cui vetuſtas, non ſecus ac Dianae eius ſorori, cervum ſacravit, quod huiuſmodi animal curſus eius quamcitiſſimi rapiditatem deſignet. Eumdem Deum Tyrii in curru, a quatuor cervis vecto, in ſuis numis in honorem Gordiani expreſſere (2). Ita quoque Oſiris, qui idem ac Sol eſt apud Aegyptios, teſte Plutarcho (3), in aereo Traiani numo penes Cl. Seguinum (4), ſiniſtra cervum geſtat. Idem ſymbolum Baccho pariter tributum, quod alibi a me obſervatum (5). Quod ſpectat ad ſingulares litteras in hiſce Pupieni numis Α Μ Κ Β Γ, poſtrema pro inverſa L, nempe λυκάβαντος β' *anno ſecundo*, habendam eſſe perperam cenſet P. Harduinus (6), quem corrigit Pagius (7), qui adnotat, ea ſingularia, haudquaquam indicare imperii Pupieni ſecundum annum, quem minime delibavit; ſed aliquid aliud ignotum. Profecto abſurda eſt coniectura P. Harduini de Γ inverſo, ut indicet λυκάβαντος β'. Idem egregius vir Pagius, reſtituto Capitolini loco depravato, oſtendit Gordianum Seniorem circa XII. Aprilis, anni nempe Chriſti CCXXXVII. dictum fuiſſe Imperatorem, eoque cum filio in Africa occiſo, die nona Iulii eiuſdem anni Senatum Romae Clodium Pupienum Maximum, & D. Caelium Balbinum (ſic vocantur in numis) Auguſtos renuntiaſſe: ſequenti vero anno, quum inter ſe concordes non eſſent, a militibus contrucidatos eo menſe, quo Romae ludi Capitolini celebrabantur, qui menſis licet incompertus, tamen editi cenſentur a Pagio poſt diem XIV. menſis Martii, & ante Maii exitum: adeoque ſtandum Herodiano (8), cuius fidei innititur Capitolinus, qui tradit imperaſſe *Maximum & Balbinum anno uno, plane nondum completo*. Singulares porro illae literae Β Γ. ab Harduino, ut diximus, oſcitanter explicatae, & Pagio, ut ipſe fatetur incognitae (9), quae in aliis Tarſenſium occurrunt numis in honorem Caracallae, Elagabali, & Alexandri, quos recenſet Vaillantius (10) (licet in hoc Pupieni numo, & in ſequenti Balbini e Medicea Gaza, ordinem Γ Β non ſervent) ex-

(1) In Tarſic. priore.
(2) Vide Vaillantium in numis Colon. Par. II. pag. 150.
(3) De Iſide & Oſiride.
(4) In ſelecta Numiſmata antiqua num. XII. pag. 131.
(5) Vide Tab. XI. Dempſteriani Operis Tom. I. pag. 78. & Cl. Sen. Bonarroti Appendicem §. IX. pag. 17. & Tom. II. mei Muſei Etruſci Claſſ. I. pag. 130. & 131.
(6) In numos antiquos Populor. & Vrbium illuſtratos pag. 41. & 486.
(7) Ad Annales Baronii num. VII. pag. 222.
(8) Lib. VIII. Cap. VIII.
(9) Ibidem.
(10) Pagg. 112. 129. & 140.

explicandae sunt, uti paullo superius adnotavimus, Γνώμη Βουλῆς: *Decreto Senatus* (1).

CCXI.

GORDIANVS PIVS.

A. *Imperator dextrorsum conversus, laurea, & imperatorio paludamento insignis; dextra globum, cui insistit Victoria cum palma, eum coronans, sustinet.*

E. IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG.

P. *Imperator dextra lauri ramum, laeva eburneum scipionem gerens, quadriiugo curru vectus, pompa Consulari procedit.*

E. PONTIFEX MAX TR P :: :: COS P P.

Ex aere, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XVIII. G. XXI.

T. LXIX. n. III. Militari seditione Pupieno, & Balbino interemtis, GORDIANVS, qui iam post obitum utriusque Gordiani adolescens a populo, & militibus raptus ad Senatum, atque inde in concione positus, indumentoque imperatorio tectus, Caesar adpellatus fuerat (anno nimirum ab V. C. DCCCCXC. Christi CCXXXVII.) finito intestino bello, Augustus renunciatus est, & Consul designatus, anno V. C. DCCCCXCI. Chr. CCXXXVIII. quem Consulatum iniit anno sequenti cum M. Acilio Aviola, uti observat eximius Pagius (2). Illustria Gordiani Pii merita, propter quae imperio dignus visus est, recenset Iulius Capitolinus: *Gordianus adolescens, qui Caesar eatenus fuerat, a militibus & populo & Senatu & omnibus gentibus, ingenti amore, ingenti studio & gratia* AVGVSTVS *est adpellatus. Amabatur autem merito avi & avunculi, sive patris, qui ambo pro Senatu, & pro populo Romano contra Maximinum arma sumserunt, & militari vel morte, vel necessitate perierunt.* Tunc ei delata quoque Pontificatus maximi insignia & Tribunicia Potestas, titulusque *Patris Patriae:* quorum tempus licet sileant Historici; perspicue tamen memorantur in hoc praestantissimo numismate, in quo Processus eius Consularis pompa exhibetur. Sculptus est cum sphaera, seu globo, Romani orbis imperii symbolo (3), in cuius vertice Victoria stat cum palma, quae ei coronam offert, faustis-

(1) Vide pag. 20.
(2) In Critica Hist. Chron. in Annal. Baronii pag. 223.
(3) De hoc luculenter Sen. Bonarrotius in Numism. Mus. Carpinei pag. 335. 354. 355.

ſtiſſimum Romanorum Imperatorum quum inaugurarentur auſpicium. Praeter eburneum ſceptrum, gerit & lauri ramum; quod quidem victoriae ſymbolum, licet ei non omnino conveniat, quod de hoſtibus triumphum tunc minime geſſerit; ei tamen tributum videtur tamquam DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM, quae, eo ad imperium evecto, exſtinctae ſunt: quae quidem laus inter ceteras in eius epitaphio memoratur. Adcedit Capitolini teſtimonium: *Et poſtea quam conſtitit, apud veteranos quoque, ſolum Cordianum imperare, inter populum & milites ac veteranos* PAX *roborata eſt: & hic finis belli inteſtini fuit, quum eſſet delatus Gordiano puero Conſulatus*. Deletus Tribuniciae Poteſtatis numerus in Mediceo hoc numo ex aliis monumentis ita reſtituendus eſt: PONTIFEX PAX TR P II. COS P P (1). Numus ex aere maximo Vaticanus, qui exhibet eius Conſulatus ſecundi Proceſſum, cum epigraphe: PONTIFEX MAX. TR. P. II. COS. II. expendendus eſt; nam ſecunda Tribunicia Poteſtas minime concordat cum Conſulatu ſecundo Gordiani, qui in eodem numo ſculptus eſt ſpecie procicifcentis ad bellum Perſicum: quae quidem profectio nonniſi ſequenti anno contigit, Praetextato & Attico Coſſ. quum iam Iani Gemini aedem aperuiſſet, uti a Capitolino memoriae proditum. In pluribus numis Gordianus dicitur: TR. P. III. COS. II. Sumſit, ut Pagius adnotat (2) ſecundum Conſulatum Gordianus anno V. C. DCCCCXCIV. Chriſti CCXLI. unde quum eo anno tertiam tantum Tribuniciam Poteſtatem haberet, ea illi & nomen Auguſti anno CCXXXVIII. delata. Si enim praecedenti Auguſtus dictus eſſet, Tribunicia poteſtas eius III. cum ſecundo eius Conſulatu concurrere non poſſet. Spuria plane eſt, vel oſcitanter exſcripta, inſcriptio in Gruteriano Theſauro (3), quae Conſulatus tertii Gordiani meminit, quem numquam ſuſcepit.

(1) Vide Gruteri Theſaurum pag. CCLXXII. 1. 2. 3.
(2) In Annales Baronii Tom. I. pag. 223.
(3) Pag. MLXXXV. 10.

C C X I I.

A. *Imperator laureatus & paludatus, capite dextrorsum verso.*

E. IMP GORDIANVS PIVS FELIX AVG.

P. *Imperator paludatus stans in substructione cum Praefecto Praetorii adloquitur cohortes.*

E. ADLOCVTIO AVGVSTI.

Ex aere cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. II. S. III. G. IX.

T LXIX. n. II. QVa de causa, quove tempore Gordianus Romanas cohortes sit adlocutus, uti hoc numisma mirae elegantiae, & integritatis exhibet, haud ita facile est statuere. Neque etiam Historici Scriptores adnotant tempus, quo PIVS, & FELIX adpellatus est Gordianus, qui in hoc Mediceo numo hisce decoratur titulis (1); quamvis aliorum numismatum auctoritate & praesidio innotescat, haec cognomenta eum adsecutum quum Tribuniciae Potestatis secundae esset, iamque Consul designatus. Tertio imperii eius anno, Sabino iterum, & Venusto Consulibus, anno nimirum V. C. DCCCCXCIII. Chr CCXL. memoratur a Capitolino inita factio in Africa contra eumdem Gordianum, duce Sabiniano, quem per Mauritaniae Praesidem oppressit. Hac solicitudine in Africa sublata, bellum Persicum ortum esse narrat idem Capitolinus, quum iterum Consul esset Gordianus cum Pompeiano, anno nimirum V. C. DCCCCXCIV. Christi CCXLI. quo fato functus est Artaxerses primus Persarum Rex, quem excepit Sapores, qui ingentibus iacturis Romanos adfecit (2). Sequenti anno, aperto Iano Gemino (quod signum erat indicti belli) Praetextato & Attico Consulibus, Gordianus profectus est contra Persas ingenti cum exercitu, & tanto quidem auro, ut vel auxiliis, vel militibus facile Persas vincere posset.

Probabile est Mediceum numum indicare adlocutionem Gordiani ad milites habitam, quum ad Persicum bellum proficisceretur, vel in ipso procinctu, quum in Moesiam iter faceret; nam quidquid hostium in Thraciis fuit (nempe Gothorum & Sarmatarum) delevit, expulit, atque submovit: vel eam etiam designat adlocutionem, quam habuit gesturus bellum adversus

(1) Ita etiam numus Vaticanus cum Gordiani adlocutione. (2) Ex Agathia Histor. Lib. IV.

ſus Germanos, quos viciſſe teſtatur eius ſepulcrum, Latinis literis ita inſcriptum: DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM. VICTORI GOTTHORVM. VICTORI SARMATARVM. DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM. VICTORI GERMANORVM. SEDNON VICTORI PHILIPPORVM. Inlatum ab eo Parthis bellum memorat Eutropius (1): *Gordianus admodum puer, quum Tranquillinam duxiſſet uxorem, Ianum Geminum aperuit, & ad Orientem profectus, Parthis bellum intulit, qui iam moliebantur erumpere; quod quidem mox feliciter geſſit: praeliiſque ingentibus Perſas adflixit*. De illato primum Parthis bello iiſdemque ſuperatis, auctor eſt etiam Euſebius (2); ſed pro *Perſis*, ſcriptum *Parthis* ex P. Victore (3) manifeſtum eſt. INVICTI titulum honorificentiſſimum iam Conſul deſignatus promeruit, quod antiqui lapides teſtantur (4), in quibus etiam OPTIMVS FORTISSIMVSQVE PRINCEPS adpellatur (5).

CCXIII.

A. *Imperator laurea corona, & paludamento inſignis.*

E. IMP GORDIANVS FELIX AVG.

P. *Amphitheatrum ſtatuis undique ornatum, cuius in arena elephas, cui homo inſidet, & cum tauro pugnat, ſpectante ac ſedente in primo ordine Imperatore, hinc inde Senatoribus, & populo: ab utroque autem amphitheatri latere, hinc meta, & ſtatua coloſſea; illinc aedificium ſignantur.*

E. MAGNIFICENTIA GORDIANI AVG.

Ex aere, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. II. S. V. G. XX.

ANtequam meas in hunc Gordiani numum inſigniſſimum obſervationes, qualeſcumque ſint, proferam, primum ſi eas quas propoſuit micantiſſimum totius Antiquitatis lumen Spanhemius (6), tamquam gemmas interſeram, opere pretium me facturum arbitror. Igitur haud dubitat ſummus hic vir hoc ipſo numiſmate, inſcripto MVNIFICENTIA GORDIANI AVG. declarari ſpectacula, populo Romano ab eo exhibita, hiſce rationum momentis: *Vt hoc inſuper dicam*, MVNIFICEN- T. LXXI. n. II.

(1) De Geſtis Romanor. Lib. IX.
(2) Chronic. Lib. poſt. pag. mihi 174.
(3) De Caeſaribus num. 27.
(4) Vide Gruterum pag. CCLXXII. 1.
(5) Ibidem pag. CCLXXII. 5. & inter Gordianas pag. XCIII. 7.
(6) Differt. III. de Praeſtantia, & Vſu Numiſm. ant. pag. 163. & 164.

TIAM *apud Romanos , eam Principum ſub Caeſaribus laudem proprie denotaſſe , quam in muneribus , ſeu ſpectaculis edendis , & ſolemni ludorum adparatu publice oſtentabant , & quam in Officiis Tullius* (1) , munerum largitionem *vocat ;* indulgentiam *autem praeter alios in Antonino Pio Capitolinus* (2). *Quae res cum aliunde , tum maxime ex numis Antonini Pii , & Severi obvia , in quibus leonis , vel elephantis ſymbolo eadem exprimitur ; & clarius adhuc ex praeclaro & rariſſimo numo Gordiani Pii , Gazae Mediceae , in quo Amphitheatrum , & homo elephanti inſidens , pugnans cum tauro ſignantur , addita inſcriptione :* MVNIFICENTIA GORDIANI AVG. *Vnde illuſtratur in Tito Suetonius* (3) : Et tamen nemine ante ſe MVNIFICENTIA minor , AMPHITHEATRO dedicato : *& quo referri proinde debent numi Titi , in quibus octavo eius Conſulatu ſignatus elephas , ſicuti in inſigni aureo Gazae Regis Boruſſorum , de quo paullo poſt , & in ſequenti argenteo ornatiſſimi Equitis Aurati Andreae Fontaine . Cui autem addemus inſignem illum , modo memoratum , quantivis pretii Gordiani numum ; cuius iconem e Theſauris Mediceis , benigno Magni , immo Maximi Etruriae Ducis iuſſu , ſtudio autem humaniſſimi peritiſſimique illius Gazae Cuſtodis , Sebaſtiani Bianchi , cum aliis adhuc praeclaris , & ſuo loco conſpiciendis numorum ectypis ſumus nacti . In quo praeterea numo Imperator deſuper cum ſpectantium in orcheſtra Senatorum turba , ab utroque autem Amphitheatri latere , hinc figura nuda iuxta metam , illinc aedicula ſignantur .* (Heic prolatis utriuſque numiſmatis iconiſmis , mox haec ſubiungit :) *Vt vero elephantum in dictis numis ;* ſic eo ſenſu leopardorum munificentia *vocatur apud Symmachum* (4) : Sacras mihi litteras Iulius Agens in rebus exhibuit , LEOPARDORVM MVNIFICENTIAM continentes : *alibi vero cupit ,* MVNIFICENTIAM Libycarum largitione mutari (5) . *Ita etiam Arnobius* (6) : Nonne ab hoc effluunt cauſſae , per quas noſtra fulcitur ſalus , variarum MVNIFICENTIA voluptatum ? *Cuius tamen vocis genuina illa , nec alias arcana , obſervatio non obſervata , eruditis aliquot in explicatione veterum Auctorum non ſemel impoſuit . Qua ratione , ut hoc addam , ſeu ad indicandum ſolemnem ad ludos id genus quaeſitum undique a Caeſaribus adparatum ,* magnificentiae *quoque vox ſubinde in eorum numis ,*

(1) Lib. II. Cap. 18.
(2) Cap. X.
(3) Cap. VII.
(4) Lib. VII. Epiſt. 59.
(5) Lib. II. Epiſt. 46.
(6) Adverſus Gentes Lib. V. pag. 416.

mis, qui ea occaſione ſunt percuſſi adhibita ; ut id monuit iam eximius Morellius, utinam adhuc noſter, adducto ſingulari Commodi eam in rem numo, cum inſcriptione, MAGNIFICENTIAE AVG. COS. VI. P. P.

Protulit hunc ipſum numum, elegantia & raritate praeſtantiſſimum, V. C. Scipio Marchio Maffeius (1), qui delineatum a praelaudato Blanchio accepit ; ſed iudicium ſuum Spanhemii iudicio praetulit. Siquidem enumeratis Imperatoribus Auguſtis, qui Amphitheatrum Titianum reſtituerunt, videlicet Antoninum Pium, Elagabalum, & Severum Alexandrum, ſub Gordiano Pio eiuſdem Amphitheatri inſtaurationem abſolutam, eamque hoc numiſmate declaratam, credibilius cenſuit: licet ad ſpectacula, ab eodem Imperatore edita, adludere fateatur eius epigraphen : MVNIFICENTIA GORDIANI AVG. Opinioni ſuae adminicula mutuatur ex conformitate huius numiſmatis cum reliquis, quae ipſe iterum producit Titi Veſpaſiani, Domitiani, & Severi Alexandri, in quibus Amphitheatrum ſculptum cernitur : ex Capitolino, qui nulla ſpectacula a Gordiano edita commemorat ; demum ex neceſſitate, quia amphitheatrum principio imperii Macrini valde deformatum fuiſſe, apud Lampridium : & de eius exaedificatione, teſte Capitolino, cogitatum ſub Gordiano Pio, ingenioſe obſervat (2).

Si numi huiuſce typus ſpectetur, minime dubitare poſſumus, ludos a Gordiano Pio editos ; nam in arena amphitheatri ſculptas cernimus feras, nempe elephantem cui homo inſidet, qui pugnat cum tauro. Ludos ab eodem Imperatore datos docet praeterea ac teſtatur epigraphe MVNIFICENTIA GORDIANI AVG. ut idem mirabilis vir Maffeius fatetur. Hos ludos non ſolum edidiſſe, verum etiam ſpectaſſe Gordianum Pium, docet idem numus, ut obſervavit Spanhemius, & clarius oſtendit Albanum numiſma ſimillimo typo percuſſum, ab eodem Maffeio editum. Haec ſpectacula a Gordiano celebrata cenſenda ſunt antequam ad bellum Perſicum proficiſceretur : neque id improbabile videbitur, ſi Romanorum inſtituta, & mores memoria repetamus, quos declarat Iulius Capitolinus, qui haec de Pupieno ſcribit : *His geſtis, celebratiſque ſacris, datis ludis ſcenicis, ludiſque Circenſibus, & gladiatorio munere, Maximus, ſuſceptis votis in Capitolio,*

(1) In Volumine, cui titulus : *Verona illuſtrata Parte IV. ed ultima, contiene il Trattato degli Anfiteatri* &c. Lib. I. Cap. IV.

(2) Ibidem pag. 20. Multa inaudita, ſtudio novitatis, obtruduntur, quae expendenda diligenter ſunt.

lio , ad bellum contra Maximinum miſſus eſt cum exercitu ingenti ; Praetorianis Romae manentibus . Vnde autem mos tractus ſit , ut proficiſcentes ad bellum Imperatores , munus gladiatorium , & venatus darent , breviter dicendum eſt . Multi dicunt , apud veteres hanc devotionem contra hoſtes factam , ut civium ſanguine litato , ſpecie pugnarum ſe Nemeſis , id eſt vis quaedam Fortunae , ſatiaret . Alii hoc litteris tradunt (quod veriſimilius credo) ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre & vulnera , & ferrum , & nudas inter ſe cohortes , ne dimicantes bello armatos hoſtes timerent , aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent . Perſpicuum eſt ſub Pupieno praeter ludos ſcenicos , ludoſque Circenſes editum quoque munus gladiatorium , cuius proprius locus fuit amphitheatrum ; adeoque etſi fuit ſub Pupieno deformatum vel corruptum Amphitheatrum , ita tamen ſtetit , ut munera ſpectante populo edi poſſent .

Quod vero Capitolinus , ut obſervat praelaudatus Maffeius , nulla a Gordiano Pio ſpectacula edita commemoret , plane cum veritate & ratione non cohaeret , ſi haec quae idem Capitolinus ſcribit diligenter expendamus : *Poſteaquam conſtitit , apud veteranos quoque , ſolum Gordianum imperare , inter populum & milites ac veteranos pax roborata eſt : & hic finis belli inteſtini fuit , quum eſſet delatus Gordiano puero Conſulatus . Sed indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit , quod eclipſis Solis facta eſt , ut nox crederetur , neque ſine luminibus accenſis quidquam agi poſſet . Poſt haec tamen* VOLVPTATIBVS *& deliciis populus Romanus vacavit , ut ea quae fuerant aſpere geſta mitigaret* . Voluptatum nomine & ludos & ſpectacula ſignificari , ſatis ſuperque exploratum eſt . Inſignia aliquot loca veterum Scriptorum lubet adferre . Cornelius Tacitus haec narrat (1) : *Ludos Auguſtales tunc primum coepta turbavit diſcordia ex certamine hiſtrionum . Indulſerat ei ludicro Auguſtus , dum Maecenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli ; neque ipſe abhorrebat talibus ſtudiis , & civile rebatur miſceri* VOLVPTATIBVS *vulgi* . Arnobii inſignis locus , ſuperius a Spanhemio adlatus (2) : *Nonne ab hoc effluunt cauſae , per quas noſtra fulcitur ſalus , variarum* MVNIFICENTIA VOLVPTATVM ? E praeſtantiſſimo marmore , quod in Gruteri theſauro adfertur (3) , haec

(1) Annalium Lib. I. Cap. 54.
(2) Adverſus Gentes Lib. V. pag. 416.
(3) Pag. CCCCLXXXIX. num. 12.

haec pauca ad rem noſtram adnotanda ſunt : CVRAT. MVNERIS. PVBLICI . GLADIATORI . III. QVOT. IS. TEMPORE HONORVM . CVRARVMQVE SVARVM . PLENISSIMO MVNIFICENTIAE . STVDIO . VOLVPTATIB. ET VTILITATIBVS. POPVLI. PLVRIMA CONTVLERIT. LVDVM. ETIAM. GLADIATORIVM &c. Quum igitur Capitolinus memoret , poſt pacem inter populum & milites & veteranos roboratam , adeoque poſt finem inteſtini belli , poſt eclipſin Solis , *populum Romanum* VOLVPTATIBVS *& deliciis vacaſſe , ut ea quae fuerant aſpere geſta mitigaret ;* perſpicuum eſt ludos , & ſpectacula a Gordiano Pio edita , eaque eſſe ab eodem Capitolino memorata ; adeoque verum non eſſe quod Cl. Maffeius adfirmat , nullam de his a Capitolino mentionem factam fuiſſe . Alia quoque , ut ſpectacula ederentur , & munificentia Gordiani Auguſti laudaretur , adceſſiſſe videtur cauſa , nempe oppreſſio Sabiniani per Mauritaniae Praeſidem , cuius factio irrita reddita eſt .

Quum igitur de ſpectaculis a Gordiano editis conſtet , tum auctoritate huiuſce numiſmatis , tum etiam Capitolini teſtimonio ; illud expendendum ſupereſt , de eiuſdem Amphitheatri ſub Gordiano Pio cum exaedificatione , tum reſtauratione nullam ab Hiſtoriae Romanae Scriptoribus mentionem factam ; nam quod facta fuerit , vel fieri potuerit debueritque , ex mero coniecturarum arbitrio pendere arbitror . Scio in Curia actum de exaedificatione Amphitheatri ; ſed ſumma temporum ingruente calamitate , maioribuſque urgentibus conſiliis , nihil effectum fuiſſe , elici poteſt ex his quae memorat Capitolinus : *Quum ingreſſi eſſent Curiam , ac prae ſe timorem Maximini adventu ferrent , oſtenderentque , referente Conſule , de aliis rebus qui primam ſententiam erat dicturus , ſic orſus eſt ;* „ Minora nos ſolicitant , & „ prope aniles res ferventiſſimo tempore tractamus in Curia . „ Quid enim opus eſt de reſtitutione templorum , de baſilicae or- „ natu , de thermis Titianis , de exaedificatione AMPHITEATRI „ agere ; quum immineat Maximinus , quem hoſtem mecum „ ante dixiſtis ? „ Amphitheatri inſtaurationem , multoque magis exaedificationem neceſſariam omnino non fuiſſe , oſtendunt ea quae de Maximo Pupieno memoriae prodidit idem Capitolinus , & nos paullo ſuperius retulimus , qui ab eodem Imperatore ludos & ſpectacula antequam ad bellum contra Maximinum profici-

ficifceretur, edita fuiffe fcribit. Quod fi Amphitheatri vel inftauratio, vel exaedificatio fub Gordiano abfoluta fuiffet, ut arbitratur Maffeius, cur eam filentio praeteriiffet Capitolinus? At huiufce praeclari operis nullam mentionem fecit, dum haec notatu digna recenfet. *Opera Gordiani Romae nulla exftant, praeterquam nymphaea & balneas. Sed balneae privati hominis fuerunt, & ab eo in privatum ufum exornatae funt*. Et fupra, paucis verfibus: *Domus Gordianorum etiam nunc exftat, quam ifte Gordianus pulcherrime exornavit*. Mox alia magnifica opera, quae idem Imperator exftruere cogitabat, enumerans Capitolinus, nullam pariter abfolutae reftitutionis Amphitheatri mentionem facit: quam nonnifi ex meris coniecturis elicit Cl. Maffeius.

Alterum Gordiani Pii numifma, eadem ut in Mediceo epigraphe infcriptum, eodemque Amphitheatri typo caelatum, quod exhibet Maffeius ex Albano Cimeliarchio, id quod non bene ac perfpicue adparet in Mediceo, nec pictor adfecutus eft, egregie repraefentat, ipfum nempe Gordianum (quem etiam in Mediceo obfervavit Spanhemius (1)) loco confpicuo ac dignore fedentem in Amphitheatro, & munera, quae populo dedit, fpectantem. Nam ut eius integra figura clare dignofceretur, maiori mole corporis exhibuit. In eodem Albano numifmate Gordianus fculptus eft fpecie proficifcentis, capite dextrorfum verfo, cum hafta & clypeo, cuius caelatura eumdem Imperatorem exhibet equo vectum, victorumque more dextram manum adtollentem, cui iter monftrat Victoria, & fequitur miles Praetorianus; quae omnia doctis viris expendenda relinquo (2). Dedicatum videtur hoc numifma anno quincto Imperii Gordiani Pii, Praetextato, & Attico Coff. nimirum anno V. C. DCCCCXCV. Chrifti CCXLII. quo Iani Gemini aedem (quod fignum erat indicti belli) aperuit, & contra Perfas cum ingenti exercitu profectus eft.

Quae ferae fub Gordiano fuerint ad ludos paratae, ita enumerat Capitolinus: *Fuerunt fub Gordiano Romae elephanti* XXX. *&* II. *quorum ipfe* XII. *miferat Alexander decem: alces decem: tigres decem: leones manfueti fexaginta: leopardi manfueti triginta: belbi [id eft hyaenae] decem: gladiatorum fifcalium paria mille:*

(1) Loco fuperius citato.
(2) Miror hunc ipfum Numum praetermiffum in Volumine II, quod in lucem ut quantocius a Cl. Venuto producatur, avide optamus. Subfpicor a doctis viris ob aliquas rationes, a reliquis, forfitan quod ex aere maximo non fit, feiunctum fuiffe. Nec Cl. Maffeius monet effe ex aere maximo.

mille : hippopotamus & rhinoceros unus : archoleontes decem : camelopardi decem : onagri viginti : equi feri quadraginta , & cetera huiusmodi animalia , innumera & diversa : quae omnia Philippus ludis saecularibus vel dedit , vel occidit . Has autem feras mansuetas , & praeterea efferas , parabat (Gordianus) *ad triumphum Persicum ; sed votum publicum nihil valuit .*

CCXIIII.

A. *Imperator laureatus , & armatus thorace , quem ornat Gorgonis caput .*

E. IMP GORDIANVS PIVS FELIX AVG.

P. *Imperator a Marte accipit globum , adstantibus Praetorianis : ad eius pedes duo captivi*

Ɛ. VIRTVS AVGVSTI.

Ex aere , cum circulo ex aere flavo . Pond. Vnc. II. S. I. G. XIII.

Romanum imperium , sub Gordiano Pio tutum atque securum fore , declarari arbitror emblemate huiusce numismatis elegantissimi ; nam eidem Imperatori, inter Praetorianas Cohortes stanti , Mars Quirinus , summa religione a Romanis cultus , globum tradit , quo Romani orbis regimen , & Persici belli fausta auspicia declarantur ; nam , teste Strabone (1) , constat Persas solum Martem ex omnibus Diis coluisse . Gordianus initio imperii sui sacra fecit Marti ; quod testatur numus ex aere maximo , a Vaillantio descriptus (2) , exstatque in Gaza Christianissimi Regis (3) : cuius antica pars exhibet ipsum Gordianum , Consularibus ornamentis insignem ; postica vero templum rotundum , cui inscriptum est in peristylio : ΘΕΟΣ ΟΠΛΟΦΟΡΟΣ : inque eius aditu signum Martis stantis cernitur ; atque ante illud Imperator togatus sacra faciens , adstantque popa & victimarius malleo taurum interfecturus , cum epigraghe VICTORIA AVGVSTI , quae vel Persicam indicat, vel potius eam , quam primum in Thraciis obtinuit : vel eam , quam per Mauritaniae Praesidem , oppresso in Africa Sabiniano , propitio Marte reportavit (4) . Sed de genuino typo descripti numismatis iudicium ab his , qui αὐτοψία observarunt , avide expecto ; nam a Vaillantio aliud simile numisma ex aere maximo T. LXX. n. III.

(1) Rer. Geograph. Lib. XV. p. 727.
(2) Inter Numismata maxima .
(3) Tab. XXVI.
(4) Ex Capitolino in Gordiano III.

mo adfertur e Museo C. V. Abbatis de Camps (1), in quo deest Latina epigraphe VICTORIA AVGVSTI in ambitu : Graeca vero in templi peristylio haec est : ΟΠΛΟΦΩΡΟΤ. quae omnia fucum declarant. Mediceum complura alia numismata illustrant cum hisce titulis (2) : MARTI PACIFERO. MARS PROPVGNATOR. ROMAE AETERNAE. AETERNITATI AVG. Alia etiam a Comite Mediobarbo describuntur (3), quae Herculem pro typo habent, cum eadem epigraphe : VIRTVS AVGVSTI : qua auspice securitatem aeternitatemque Romani imperii Gordiano Pio, ad eius regimen evecto, referri acceptam coniicimus.

CCXV.

A. *Imperator laureatus, & paludatus.*

E. IMP GORDIANVS FELIX AVG.

P. *Imperator sedens, coronatur a Victoria, adstantibus Praetorianis, & ad eius pedes captivus supplex.*

E. VICTORIA AVG.

Ex aere, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. II. S. II. G. XII.

T. LXXI. n. I. CVm Vaillantio (4) censeri potest hic praeclarus numus cusus in memoriam victoriae contra Sabinianum, Carthagine Imperatorem ab Africanis adpellatum, quam per Mauritaniae Praesidem retulit, quae, uti diximus, contigit Venusto, & Sabino iterum Consulibus, anno V. C. DCCCCXCIII. Christi CCXL. qua occasione percussum videtur numisma inter Albana-Vaticana eximium, cum muliere, quae sinistra sceptrum, & Carthaginem facile refert, dextra legionis signum tenet, cum epigraphe : FIDES MILITVM : vel potius ad victoriam memoria dignissimam referendus, quam de Gothis & Sarmatis reportavit, quod ex epigraphe sepulcri Gordiani verisimilius censet Cl. Bonarrotius (5), qui eximium numum Musei Carpinei adfert, in quo idem Imperator [quasi decretum ei fuerit a Senatu Vrbem ingredi victorum more] sculptus est equo vectus, praeeunte

(1) Inter selectiora Numismata Tab. pag. 89. num. IV.
(2) Tab. pag. 87.
(3) Pag. 336. & 337. in Gordiano Pio.
(4) In Numismat. Imperat. praestantiora Tom. II. pag. 323.
(5) In Tab. XIV. num. 2. pag. 260.

eunte Victoria, comitantibus Praetorianis, cum epigraphe VICTORIA AVGVSTI, & hac occasione percussum arbitratur. In alio numismate Musei Carpinei, quod idem Bonarrotius illustrat (1), & typum praefert Mediceo simillimum, cum eadem epigraphe: VICTORIA AVG. captivus flexo genu crura amplectitur Imperatoris, operto capite pileo Phrygio, quum in Mediceo nudum habeat; ideoque credi posse autumat Bonarrotius spectare ad aliquam victoriam, quam Gordianus in ipsa Persica expeditione suscepit, de qua haec scribit Capitolinus. *Fecit iter in Moesiam, atque in ipso procinctu quidquid hostium in Thraciis fuit, delevit, fugavit, expulit, atque submovit*. Verum quum in hisce numis Gordianus haud sculptus sit, ut in reliquis, hastam in humeris gerens, vel cum clypeo, adeoque in ipsa expeditione: probabilius crederem haec, propter susceptam de Germanis & Sarmatis victoriam, percussa fuisse. Gordiani aetas, inspectis ipsis numis, qui nec Consulatum, nec Tribuniciam Potestatem notant, coniici potest. Constat enim, ut plerique adferunt, undecimum, ut nonnulli decimum tertium, & ut Iunius Cordus scripsit, decimum sextum egisse annum quum Caesar adpellatus est, imperantibus Pupieno & Balbino: & post annos circiter tres insignia Consulatus suscepisse.

CCXVI.

A. *Imperator laurea, & thorace insignis, hastam in humeris defert, dextrorsum converso capite.*

E. *Epigraphe desideratur.*

P. *Imperator ad aram accensam sacra faciens a Victoria coronatur: inter signa Legionum superne quadriga forsitan Solis: infra duo Fluminum Genii iacentes spectantur.*

E. *Epigraphe desideratur.*

Ex aere cum circulo, ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XVII. G. XIV.

Ex alio numismate integerrimo, quod in Cimeliarchio Caesareo Vindebonensi adservatur, & praefert hunc ipsum typum, suppleri potest Mediceum (2). Legendum in antica facie: IMP GORDIANVS PIVS FELIX AVG. in postica: PAX AETERNA. Imago Gordiani, qui hastam in humeris su- T. LXX. n. II.

(1) Tab. XIV. num. 3. pag. 261.
(2) Tab. LXIII.

ſpenſam gerit, dextrorſum converſus, contra Perſas eum profectum perſpicue oſtendit. Victoria, quae Gordianum ſacra facientem coronat, victorem deſignat; nam ut Orientem Romanis redderet, eumque pacatum, & a Perſarum iugo vindicatum, nominis ſui gloria impleret, in ipſo procinctu quidquid hoſtium in Thraciis fuit, delevit, fugavit, expulit atque ſubmovit, uti narrat Capitolinus, qui haec ſubdit, quae lubentius profero, quod & aliis Mediceis numiſmatis, a clariſſimis Aſiae urbibus in honorem Gordiani cuſis, quae mox illuſtrabimus, lucem adferant maximam. *Inde per Syriam in Antiochiam venit, quae a Perſis iam tenebatur. Illic frequentibus praeliis pugnavit, & vicit, Sapore Perſarum Rege ſubmoto: & poſt Artaxerſem Antiochiam recepit: Carrhas & Niſibin, quae omnia ſub Perſarum imperio erant. Rex ſane Perſarum tantum Gordianum principem timuit, ut quum inſtructus eſſet & ſuis copiis & noſtris; tamen civitatibus ipſe praeſidia ſponte deduceret, eaſque integras ſuis civibus redderet, itaut nihil quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret. Sed haec omnia per Miſitheum ſocerum Gordiani, eumdemque Praefectum geſta ſunt. Effectum denique eſt ut Perſae, qui iam in Italia timebantur, in regnum ſuum, pugnante Gordiano, redirent, totumque* ORIENTEM *Romana Reſpublica detineret*. Haec Gordianus a ſe geſta, ductu, conſilioque Meſithei [ſive ut alii ſcribunt Temeſithei] Praefecti ſui & ſoceri, oratione ad Senatum ſcripſit; haec in fine ſubiungens: *Veſtrum eſt igitur ſupplicationes decernere, nos Diis commendare, Miſitheo gratias agere*. Haec ex praeſcripto Gordiani Romae fuiſſe patrata, docet hoc perrarum numiſma, quod deſcribit Vaillantius (1), qui ex adverſo in vertice Solem ſculptum in quadriga agnoſcit, & dextram adtollere, laevaque ſignum militare praeferre, ſcribit. Id, ut arbitror, ſignificat, pugnante Gordiano, Romanam Rempublicam totum Orientem imperio ſuo ſubegiſſe, & vindicaſſe, uti memorat Capitolinus, & pacem aeternam victricibus armis ſtabiliviſſe: propter quod Deorum munus, Imperator ſacrificans ad aram, & a Victoria coronatus, ſculptus eſt. Duo Genii Fluminum Euphrates, & Tigris, ob victoriam Gordiani conſociati, vel etiam Deultani (2), eſſe poſſunt. Haec contigerunt Praetextato & Attico Coſs. anno V. C. DCCCCXCV. poſt C. N. CCXLII.

Im-

(1) Inter Numiſmata maxima pag. 229.

(2) Vide Vaillant. Par. II. de Num. Colon. pag. 144.

CCXVII.

A. *Imperator ornatus laurea corona, dextrorſum verſus, clypeum & haſtam gerit.*

E. IMP GORDIANVS PIVS FELIX AVG.

P. *Circus maximus, in cuius medio obeliſcus, & ab utroque latere metae: in medio decurrunt bigae duae (in alio numiſmate duae item quadrigae conſpiciuntur) in ſuperiore parte quadriiugo triumphali curru vecti duo, nempe Imperator, qui Victoriolam dextra oſtentat, item alius qui palmam gerit, Miſitheus creditur; e contra milites cum palmis: in inferiore Circi parte, ſive arena, gladiatorum & athletarum paria certamen committunt, adſtantibus militibus armatis.*

E. P M TR P VII COS II P P.

Ex aere, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. II. S. I. G. XIII.

SVſceptam de Perſis inſignem victoriam, & quae in Oriente geſſerat Gordianus, oratione ad Senatum deſcripſit, uti narrat Capitolinus, cui maximos honores Senatus decrevit, quos his verbis idem Scriptor commemorat: *His in Senatu lectis, quadrigae elephantorum Gordiano decretae ſunt, utpote qui Perſas viciſſet, ut triumpho Perſico triumpharet. Miſitheo autem quadriga equorum, & triumphalis currus, & titulus huiuſmodi:* MISITHEO . EMINENTI VIRO . PARENTI PRINCIPVM . PRAETORII PRAEFECTO . ET TOTIVS VRBIS . TVTORI REIP. S. P. Q. R. VICEM REDDIDIT. Gordiani Imperatoris in triumphali curru ſtantis imagini, altera quae ei iungitur, ut arbitror, Miſithei eſt, quae ad ludorum pompam augendam, exhilarandumque laetiſſimo ſpectaculo populum, ita inducuntur, licet abſentes eſſent, quemadmodum exhibet hoc numiſma Mediceum, cuius antica pars genuina dubio procul eſt; at poſtica, ad exemplum alterius numiſmatis integerrimi, atque eximiae raritatis (nam alterum omnino ſimile in Muſeo Principum Ghiſiorum Romae deſcribit Vaillantius (1): alterum vero mirae integritatis & elegantiae Senator Bonarrotius (2) luculenter illuſtrat) concinnata & recuſa cenſetur, eo plane artificio, quod publico beneficio aperuit diligentiſſimus Aeneas Vicus, de re antiquaria optime meritus (3). Verum incredibilem Romanorum laetitiam eodem fere tempore exſtinxit primum Miſithei T. LXX. n. 1.

mors

(1) Inter Numiſmata maxima pag. 229.
(2) Tab. XIV. num. 5. pag. 226. in Num. Muſei Carpinei.
(3) Lib. I. Cap. XXII. Operis, quod inſcribitur: *Diſcorſi di Enea Vico Parmigiano ſopra le Medaglie degli Antichi* &c.

mors , deinde Gordiani , quae Philippi artibus eos intercepit , dum vota publica fierent pro Perifco triumpho eiufdem Gordiani , pro quo feras manfuetas , ac praeterea efferatas paraffe , fcribit Capitolinus , cuius teftimonium fupra retulimus . Septimam Tribuniciam Poteftatem , feu feptimum imperii annum , inchoaffe Gordianum , exftinctumque poft VII. Kalendas Maias , Peregrino , & Flavio Aemiliano Coff. anno V. C. DCCCCXCVII. Chrifti CCXLIV. minime dubitandum , ut obfervat Cl. Pagius (1) , & clariffime docet huius numifmatis epigraphe , cum qua alia apud Comitem Mediobarbum concordant (2) .

CCXVIII.

A. *Imperator laureatus & paludatus .*

E. IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG.

P. *Duo Antiochenfium tutelaria Numina , Lunus , qui Victoriolam , & Cybele , quae copiae cornu praeferunt , hypobafibus infiftentes , dextras iungunt , ara accenfa intermedia .*

E. CAES ANTIOCH COL S. R. *h. e.* Caefarea Antiochia Colonia Senatus Romani .

Ex aere flavo . Pond. Vnc. I. S. I. G. XII.

T. LXXI. *n. III.* GOrdianus Pius Syriam , Ioniam , Ciliciam , Lydiam , Cariam , Lyciam , Phoeniciam & Mefopotamiam a Perfarum iugo liberaturus , primum Antiochiam venit , quae a Perfis iam tenebatur . *Illic* (tefte Capitolino) *frequentibus praeliis vicit , Sapore Perfarum Rege fubmoto . Et poft Artaxerfem Antiochiam recepit Carrhas & Nifibin ; quae omnia fub Perfarum imperio erant . Rex fane Perfarum tantum Gordianum principem timuit , ut quum inftructus effet & fuis copiis & noftris ; tamen civitatibus ipfe praefidia fponte deduceret , eafque integras fuis civibus redderet , itaut nihil quod ad eorum fortunas pertineret , attaminaret . Sed haec omnia per Mifitheum focerum Gordiani , eumdemque Praefectum , gefta funt . Effectum denique eft , ut Perfae , qui iam in Italia timebantur , in regnum fuum pugnante Gordiano redirent , totumque Orientem Romana Refpublica detineret .* Maximo hoc Gordiani beneficio in priftinam libertatem dignitatemque adferti Antiochenfes ad Pifidiam , eximium hunc numum in

(1) In Critica ad Annales Baronii hoc anno , pag. 225.

(2) In Notis adiectis pag. 341.

in eius honorem cuderunt, persolveruntque sacrificia & vota, publice pro eius victoria ac salute, patriis Diis, quos summa religione colebant, nimirum Luno Deo, & Cybeli magnae Deûm Matri, eosque in hoc numismate consociantes, dextras mutuo iungentes expresserunt, ingentis laetitiae & felicitatis suae monumentum. Quod subspicari minime absurdum videtur, forsitan hic numus foedere, & sacrorum communione iunctas urbas Carrhas, & Antiochiam docet, Gordiano mirifice devinctas, quod omnium primas, teste Capitolino, e Persarum faucibus eripuerit. Nam certum est Deum Lunum praecipuo honore in Mesopotamia apud Carrhas cultum fuisse (1). Vaillantius huic simillimum numum, quem adfert, sed primae magnitudinis, dedicatum censet Gordiano (2), ob faustissimum cum Tranquillina coniuge sua matrimonium, & Luni Dei specie ipsum Gordianum, Cybeles vero Tranquillinam, quae eum ab bellum sequuta est, ut nonnulli scribunt, exhiberi arbitratur, & in hac colonia Luni templum, & sacerdotium celebre fuisse adnotat ex Strabone (3), apud quem locus Ην̃ δὲ ἐνταύτα καί ἱερωσύνη τὶς Μηνὸς, corruptus videtur. Cybelem pariter ab Antiochensibus cultam, testantur eorum numi, ab eodem Vaillantio editi (4). Antiochia Pisidiae, Caesarea ab Augusto Coloniae fundatore vocata, pristinum Romanae Coloniae decus renovat, & Gordiano tamquam alteri conditori & parenti suo illud adscribit, excusso Persarum iugo; nam in alio numo Antiochensium in honorem Gordiani, quem exhibet idem Vaillantius (5), cernitur colonus agens boves, atque iuxta eum duo signa militaria, cum epigraphe: COL. CAES. ANTIOCH. S. R. *Colonia Caesarea Antiochia Senatu Romano* adprobante facta: in altero vero Romanorum insigne, lupa pueros lactans cum eadem epigraphe; quod emblema etiam praefert numus ex aere maximo Musei Pisanii (6).

Im-

(1) Vide Spartianum in Caracalla.
(2) Par. II. Numism. aereor. Imperator. &c. in Coloniis & Municipiis sub Gordiano III. pag. 138. & sequent.
(3) Geograph. Lib. XII. pag. 577.
(4) Par. II. ibidem pag. 139.
(5) Ibidem pag. 139.
(6) Tab. LVI.

CCXVIIII.

A. *Imperator laurea & paludamento ornatus.*

E. ΑΤ ΚΑ Μ ΑΝ ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αντώνιος Γορδιανός. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Antonius Gordianus.

P. *Venus stolata & tutulata stans; circa eius caput volitant duo Cupidines cum facibus: infra hinc rosa, inde puer delphino insidens.*

E. ΑΦΡΟΔΙCΙЄΩΝ. *h. e.* Aphrodisiensium.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. II. G. XIII.

T. LXXII. *n. I.* Rarissimus hic Aphrodisiensium in Caria numus, Gordiano dedicatus, qua specie, quove cultu atque ornamentis positum fuerit Veneris simulacrum in templo suo apud Aphrodisienses celeberrimo, perspicue ostendit. Cupidines ornatus gratia accensas taedas ferentes, circa eius caput suspensi, sculpti sunt. Ita quoque Cupidines duo cum lychnuchis, adiuncti dedicative Fortunae Primigeniae, indicantur in antiquo marmore in Gruteriano Thesauro (1). Iidem coronam super caput Deae sustinentes, in aëre suspensi, non raro in antiquis Gemmis occurrunt (2). Aphrodisiensium urbi nomen fecit Venus Aphrodisia, cuius templo aeque ac alteri Plarasensium, eadem prorsus, quae Dianae Ephesiae, iura concessa, nempe ut stadii unius circuitu iure asyli praecelleret, adeoque sacrum & inviolatum esset; eaque ipsa beneficia, quae Dictator Caesar, & Triumviri Lepidus, Antonius, & Octavianus Aphrodisiensibus concessere, Senatus Romanus decreto, exarato anno ante Christum XXXVII. pro ratis & firmis habuit (3). Ex hoc numo, atque ex alio, quos describit Vaillantius (4), coniici potest Aphrodisienses insignia beneficia a Gordiano accepisse, victoremque summis honoribus prosecutos esse; nam urnam praegrandem exhibet in mensa propositam, in qua ΓΟΡΔΙΑΝΕΙΑ ΑΤΤΑΛΕΙΑ, *Gordiana Attalea*, scilicet certamina in honorem Gordiani, & Attali Philadelphi Regis, instituta adnotantur; & in ora mensae ΚΑΠΕΤΩΛΙΑ in Iovis Capitolini honorem celebrata. Mediceum hunc numum descripsit etiam Lucas Holstenius (5). Cupidinem del-

(1) Pag. LXXVII. 3.
(2) Vide Par I. Inscript. ant. Etruriae Vrbium pag. VII. ubi Gemmam pulcherrimam e Museo Andreinio protuli.
(3) Vide Monumentum Aphrodisiense inter Antiquitates Asiaticas a Cl. Edm. Chishul editum & illustratum pag. 150. 152. 153. 154. & 162.
(4) In numis Imperator. a Graec. popul. cus. pag. 149.
(5) In Notis & Castig. in Stephan. Byz. de Vrbibus pag. 61.

delphino insidentem sculptum arbitror ad pedes Veneris, quemadmodum videre est in marmoreo eiusdem Deae Mediceo simulacro omnium celeberrimo (1), quem vitio temporis in numo non bene expressum; ideoque minus diligenter delineatum cernimus. Quae de rosa Veneri sacra adferri possent, nota atque obvia sunt.

CCXX.

A. *Imperator ornatus laurea corona, & thorace, in cuius medio Gorgonis caput.*

E. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αντώνιος Γορδιανός; *h. e.* Imperator Caesar Marcus Antonius Gordianus.

P. *Diana Ephesia altiore tutulo ornata, verubusque sustentata, cum cervis ad pedes, media inter Isidem & Serapidem: circa quos hinc inde duo astra, quae Solem & Lunam designant.*

E. ΕΦΕΣΙΩΝ Κ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *h. e.* Ephesiorum & Alexandrinorum Concordia.

Ex aere flavo. Pond. S. xx. G. II.

Ephesiorum complura numismata Gordiano dedicata, variis typis insculpta, a Vaillantio describuntur (2), qui in hoc Mediceo Iunonem Pronubam cum Serapide sculptam adnotat; sed proculdubio Isis est, quae dextra sistrum tenet; laeva vero situlam, eiusque caput loto ornatum cernitur, qua specie ab Alexandrinis colebatur, qui cum Ephesiis concordia sacrorum coniuncti memorantur. De hisce symbolis Isidi adtributis, plura notatu digna profert Cl. Gisbertus Cuperus (3). Pluribus non moror, quum censeam hunc numum ex alio typo iterum sagaci artificio manifeste fusum. T. LXXII. n. II.

(1) Musei Florent. Tom. III. Statuar. Tab. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. Observat. pag. 36.

(2) In Gordiano pag. 150.

(3) In Harpocrate pag. 45. & 46.

CCXXI.

A. *Imperator laureatus, indutus thorace, in cuius medio Gorgonis caput.*

E. ΑΥΤ. Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΑΥΓ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ἀντώνιος Γορδιάνος Αὐγουστός. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Antonius Gordianus Augustus.

P. *Hercules gradiens, dextra Cerberum ab inferis eductum ducens; sinistra clavam & spolium gerens.*

E. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *h. e.* Perinthiorum iterum Neocororum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. IV. G. XIX.

T. LXXII. *n. III.* QVod Gordianus profectus ad Persicum bellum, iter faciens in Moesiam, hostes omnes in Thraciis deleverit, indeque submoverit, credibile censet Amplissimus Bonarrotius (1), metu incursionum Gothorum, qui in finitimis locis superati sunt, Perinthios liberatos, numisma, quod adfert cudisse: quod etiam de hoc Mediceo praeclaro numismate, ab iisdem Perinthiis percusso in honorem Gordiani, cum insigni laborum patrii Dei Herculis monumento, ni docti viri improbent, expendendum propono. Sacra, & vota publica, festa, itemque certamina pro eius salute, faustissimoque Persicae expeditionis eventu, vel etiam pro partis in Thracia victoriis, Perinthios celebrasse, iterumque Neocoros factos, testantur alia numismata a Vaillantio descripta (2), quae mensam cum urnis & palmis praeferunt: & quae plane fuerint certamina, splendidissimo adparatu summaque laetitia edita a Perinthiis, declarant, nempe ΑΚΤΙΑ ΠΙΘΙΑ. *Actia Pythia*. Declarat Athleta victor cum palma apud Begerum (3): mulier etiam, Genius eiusdem urbis, praeferens parva templa utraque manu: quae templa interdum ex auro, vel argento, aliave pretiosa materia confecta, ad exemplum eorum quae patriis Diis, & Imperatoribus victoribus dedicabantur, victoribus donari consuevisse iam diximus: necnon Victoria gradiens cum corona & palma. Sed & in alio Perinthiorum numo visitur navis cum velo & remis, quae fortasse eius ad Perinthiorum illustrem urbem adventum declarat. Gordiani traiectum ex Moesia in Syriam, triremi peractum, testatur numus maximus a Vaillantio editus e Museo D. de Camps, cum

(1) In Numism. Mus. Carpin. Tab. XIV. num. 6. pag. 271.
(2) In laudato opere pag. 155.
(3) Vide inter Numismata ex aere maximo Gazae Christianissimi Galliarum Regis Tab. XXV.

cum triremi, & epigraphe: TRAIECTVS AVG. & in aliis cum eodem typo epigraphe occurrit: FELICITAS AVG. Gratum fuiſſe Gordiano Imperatori, ut Diis gratiae agerentur, quod Miſithei conſilio, ductuque totius Orientis urbes, Perſarum iugo oppreſſas, Romanorum imperio reddidiſſet, teſtatur eius oratio, quam ad Senatum ſcripſit, quae huiuſmodi eſt, teſte Capitolino. *Poſt haec P. C. quae dum iter agimus geſta ſunt, quae ubique ſingulis triumphis digna ſunt actitata, etiam Perſas, ut brevi multa connectam, ab Antiochenſium cervicibus, quas iam nexas Perſico ferro gerebant, & Reges Perſarum, & leges amovimus: Carrhas deinde, ceteraſque urbes Imperio Rom. reddidimus. Niſibin uſque pervenimus: &, ſi Dii faverint, Cteſiphonta uſque veniemus. Valeat tantum Miſitheus Praefectus & parens noſter, cuius ductu & diſpoſitione & haec tranſegimus, & reliqua tranſigemus. Veſtrum eſt igitur ſupplicationes decernere, nos Diis commendare, Miſitheo gratias referre.* Exſtat in Cimeliarchio Albano-Vaticano alterum Perinthiorum numiſma, cuius typus Hercules ſtymphalidas occidens, cum eadem epigraphe: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. item alterum cum Diana Epheſia, & Fortuna cum patera & copiae cornu, ſtantibus ad aram accenſam intermediam, cum inſcriptione: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕCΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ.

CCXXII.

A. *Imperator laureatus & paludatus.*

Ε. ΑΤ. ΚΑΙ Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αντώνιος Γορδιανός. h. e.* Imperator Caeſar Marcus Antonius Gordianus.

P. *Myrtea corona circa quam in ambitu ſcriptum:*

Ε. ЄΠΙ. CΤΡ ΠΟΤ. ΜЄΝЄΚΛЄΟΤC. *Intra coronam:* ΠΡΩΤΑ. ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC ЄΝ CΜΤΡΝΗ. *h. e.* Sub Praetore Publio Menecle Prima Communia Aſiae in (urbe) Smyrna.

Ex aere flavo. Pond. S. XVIII. G. XV.

HAud obvia eſt, nec paſſim frequens corona, quae in hoc T. LXXIII. n. 1. inſigni numiſmate ſculpta cernitur, & ſacra certamina, ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC *Prima Communia Aſiae* (1), communi Aſiae Proconſularis urbium concurſu & ſumtibus, Smyrnae pri-

(1) De his luculenter Spanhemius in Epiſtola ad Andream Morellium, quae apud Liebeum III. eſt. §. XI. pag. 537.

maria urbe celebrata, deſignat (1). Pro lemniſcis, coronae decus, eleganti opere, ſubſtituti ſunt duo angues, qui coronam, ni fallor, oleagineam, ſive myrteam poſtrema parte coniungunt: quod opus perſpicue indicat, coronas, pro praemio victoribus horum ſacrorum certaminum dono datas, e pretioſa materia fuiſſe, nimirum vel aureas vel argenteas; nam pactilis, & futilis eſt, ac praeterea in ſummitate inſigni gemma nobilitata. Etruſcorum mos fuit addere coronis lemniſcos, ſed nonniſi aureos, auctore Plinio (2): *Craſſus dives primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit: acceſſeruntque & lemniſci, quos adiici ipſarum coronarum honos erat propter Etruſcas, quibus iungi niſi aurei non debebant*. Quum ſerpentes Aeſculapio ſacri potiſſimum ſint, probabile eſt ea certamina ſalutaribus Aſiae Diis, praecipue Aeſculapio, Hygiae & Teleſphoro, dedicata fuiſſe pro ſalute & incolumitate Gordiani, quum ad Perſas opprimendos repellendoſque ab Italia, iter per Syriam faceret, non ſine vitae diſcrimine, & bellum fortiter gereret. Smyrnaei quoque ſuis ſumtibus peculiares ludos edidere, ter Neocoriae decus, favente Gordiano, adepti ſub Praetoribus Publio Menecle, Polliano, Claudio, Rufino Sophiſta, & Tertio Aſiarcha; qui etiam templa eidem Gordiano dedicarunt, uti eorum numi, a Vaillantio deſcripti, teſtantur (3). Ea vero certamina cur *Prima* dicerentur, declarat praeſtantiſſimus Bonarrotius, qui hunc numum Mediceum commendat (4).

Im-

(1) Coronae nomine ludos denotari obſervat C. Paſchalius de Coronis Lib. VI. Cap. 30. pag. 452.
(2) Hiſtor. Natur. Lib. XXI. Cap. III.
(3) Numiſmat. Imperatorum, Auguſtarum & Caeſarum a populis Graece loquent. percuſſa, quae vide pag. 160.
(4) In Numiſmat. Muſei Carpin. Tab. IX. num. 6. pag. 199.

CCXXIII.

A. *Imperator radiata corona, & paludamento insignis.*

Ξ. ΑΥΤ ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΟϹ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. Π Π. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αντώνιος Γορδιανὸς Σέβαςος Πατὴρ Πατρίδος. h. e.* Imperator Caesar Marcus Antonius Gordianus Augustus, Pater Patriae.

P. *Imperator laureatus, & togatus stans, sinistra tenet volumen; dextram vero porrigit Tranquillinae Augustae uxori.*

Ξ. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΩϹ Α Μ Κ Γ Β. *h. e.* Tarsi Metropoleos Primae Maximae Ciliciae Rescripto Senatus.

Ex aere. Pond. S. xx. G. xiv.

PRiusquam ad Persicum bellum Gordianus proficisceretur, quod ortum est, quum iterum Consul esset cum Pompeiano, anno nimirum V. C. DCCCCXCIV. Chr. CCXLI. uxorem duxit decimonono, ut plures putant, aetatis anno, Furiam Sabiniam Tranquillinam, filiam Misithei, sive potius scribendum sit auctoritate vetusti lapidis, quem adfert Sponius (1), *Temesithei*, doctissimi viri, quem causa eloquentiae dignum parentela sua putavit, & Praefectum statim fecit, auctore Capitolino. Fausta laetaque omnia tali coniugio adprecantes Tarsenses, hunc numum, inter eximios ac raros numerandum, eo ipso anno percusserunt, eumdemque Imperatorem *Patris Patriae* titulo ornarunt, quo facilius ab eius liberalitate beneficia obtinerent. Corona radiata eius caput ornarunt: forsitan ob suscepta secundi Consulatus insignia: quum Imperatores, uti adnotavimus, radiata corona cincti plerumque procedere solerent, praesertim Antonini Caracallae aetate, ac subsecutis temporibus, ut observat Cl. Bonarrotius (2). Alter numus, eodem typo insignis, habetur etiam in Pisanio Museo (3). In alio Tarsensium numo inter Vaticana, quum sculptus sit Gordianus Augustus iuvenili admodum vultu, sacer Agon, qui ΟΙΚΟΥΜЄΝΙΚΟϹ dicitur, omnium urbium eiusdem Metropoleos concursu celebratum fuisse discimus, eadem forsitan occasione; eius siquidem typus est ingens vas, ut supra inscriptum, repositum cum palmis super mensam. T. LXXIII. n. III.

Im-

(1) Miscell. erud. Antiquit. Sect. IV. pag. 148.
(2) Ad Numism. Musei Carpin. Tab. IX. num. 3. pag. 179.
(3) Tab. LV. sed huius numi typus discrepat a Mediceo; aliter enim litterae inter figuras dispositae sunt.

CCXXIIII.

A. *Imperator radiata corona cinctus & paludatus.*

E. ΑΥΤ Κ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Π Π. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ ᾿Αντώνιος Γορδίανος Σέβαςος. Πατὴρ Πατρίδος. *h. e.* Imperator Caesar Antonius Gordianus Augustus Pater Patriae.

P. *Scylla, sub cuius infima inguinum parte prodeunt canes: ipsa dextram porrigit, laeva palmulam gerit.*

E. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄωϹ Α Μ Κ Γ Β. *h. e.* Tarsi Metropoleos Primae Maximae Ciliciae Rescripto Senatus.

Ex aere flavo. Pond. S. xxi. G. xix.

T. LXXIII. *n. II.* SCyllam, qualem Homerus & Virgilius describunt, non Amphitriten, ut censuit Tristanus (1), & Vaillantius (2), in numis Tarsensium in honorem Pupieni (3), & uti videmus in hoc pereximio Gordiani, caelatam pererudite observat Spanhemius (4), typo haud dissimili, qui in numo Sexti Pompei spectatur. Sed, quod mihi in votis, Spanhemius causas non aperit, cur Scyllam in suis numis Tarsenses insculpserint. Maris latratus ad Issicum sinum, vel ad mare Cilicium & Syrium exaudiri, coniicere facile possem; sed haud ita facile probare, destitutus veterum Scriptorum testimoniis. Scylla dexteram extendit, poscentium, opemque implorantium more, quam a Gordiano, e Thraciis per Syriam iter agenti, Tarsenses praestolabantur, pulsis e Syriae urbibus Persis, qui in conterminam Ciliciam incursionem vel tentarant, vel moliebantur. Mos siquidem Imperatorum Augustorum fuit, ut observat Cl. Bonarrotius (5), quum in Orientem ad bella proficiscerentur, per Illyricum, & Thraciam iter agere: eoque loci expectatis legionibus, quae ad Danubium stabant, mox in Hellespontum traiicere. Gordiani traiectus per mare memoratur in praeclaro numo, quem e Museo Chisio adfert idem Bonarrotius (6); quare credibile est Tarsenses hoc edito emblemate significare voluisse, se tutum per mare iter Gordiano publicis votis adprecari: quod etiam Pupieno, adversum Maximinum eunti, precati fuerant, teste laudato numo cum eodem typo (7).

(1) Tom. II. pag. 206.
(2) In Numis Imperator. Graec. pag. 157.
(3) Posticam partem adfert Spanhemius. Exstat hic numus in regia Gaza Christianissimi Regis: vide Tab. XXV.
(4) Differt. V. de Praest. & Viu Numism. antiq. §. VI. pag. 261. & 262.
(5) In Numism. Musei Carpinei pag. 287. & 288.
(6) Ibidem pag. 288.
(7) In Gaza Christianissimi Regis Tab. XXV. Alium adfert P. Froelich in Append. ad Num. Col. Vaill. pag. 316.

CCXXV.

A. *Imperator corona radiata cinctus & paludatus.*

E. ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΝΤΩΝΙΟϹ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Π Π. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ἀντώνιος Γορδίανος Σέβαςος Πατὴρ Πατρίδος. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Antonius Gordianus Augustus, Pater Patriae.

P. *Hercules stans, dextra clavae innixus, sinistra gerens aurea poma, decerpta ex arbore, cui advolutus serpens.*

E. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΩϹ Α Μ Κ Γ Β. *h. e.* Tarsi Metropoleos Primae Maximae Ciliciae, Rescripto Senatus.

Ex aere flavo. Pond. S. XXIII. G. X.

HErculem praecipuo cultu devenerati sunt Tarsenses, quem primum inter alia numina refert Dio Chrysostomus (1): nec forsitan sine causa, mala aurea ex arbore Hesperidum decerpta ostentantem, atque impavidum expresserunt; ut Gordiani bellicam virtutem declararent, qua submovit Saporem Persarum Regem, totumque Romanae Reipublicae Orientem victor restituit. In alio numo regiae Parisiensis Gazae (2) Tarsenses in memoriam tam celebris victoriae, Victorem Gordianum in biga cum palma expresserunt; in altero vero ex duobus, quos vide in Museo Pisanio (3), Dea Roma sculpta est, quae dextra Victoriolam ostentat: & in altero Pallas bellorum praeses. Nullius civitatis Asiae Proconsularis, supersunt plura numismata, ex aere praesertim maximo, dedicata Gordiano, quam Tarsi, cuius quatuordecim diversis emblematis insignia Vaillantius enumeravit (4). Cum adlato Mediceo concordat numus maximus in Thesauro Christianissimi Galliarum Regis (5), itemque alius in Museo Pisanio (6); differunt tamen, quod Hercules aurea poma non praefert sinistra manu, quam opertam habet Nemeaei leonis spolio. T. LXXIV. n. I.

Quod vero ad Tarsenses fama delatum esset, Gordianum venationibus mirifice delectari, duos insignes numos, e compluribus quos percusserunt, habemus, quorum primum in Vaticano Cimeliarchio exhibet eumdem Imperatorem equo vectum, ia-

(1) In Tarf. prior.
(2) Tab. XXVII.
(3) Tab. LV. num. I. & III.
(4) Pag. 157.
(5) Tab. XXVII.
(6) Tab. LVI.

iaculo leonem interimentem ; alterum vero in Museo Pisanio , in quo taurus a leone prostratus occurrit (1) .

CCXXVI.

A. *Imperator radiata corona , & paludamento insignis :*

E. ΑΤΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αντώνιος Γορδίανος Σέβαστος . *h. e.* Imperator Caesar Marcus Antonius Gordianus Augustus .

P. *Imperator paludatus in quadriga triumphali stans , ornatus corona radiata dextram adtollit , sinistra globum gerit .*

E. *Epigraphe corrupta :* ΕΠΙ ΤΩΝ Π ΦΙΛΙΠΠΟΝ ΚЄΝΤΑ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ.

Ex aere . Pond. S. XXI. G. XIV.

T. LXXIV. n. II. E Cimeliis Cardinalis Leopoldi Medicei descripsit hunc numum Vaillantius (2) cum hac epigraphe in postica facie : ЄΠ. ϹΤΡ. Π. ΦΙΛΙΠΠΟΤ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ : *sub Praetore Publio Philippo Trallianorum* . Ex alio numo , quem Tralliani Tranquillinae Augustae dedicarunt , quem etiam describit idem Vaillantius (3) , constat sacra certamina Pythia Olympia eos celebrasse (4) , ob partam Gordiani de Gothis ac Sarmatis , seu potius de Persis , victoriam . In hoc autem numo Philippus ΓΡ : hoc est Γραμματεὺς *Scriba* ; non vero ϹΤΡ Στρατηγὸς dicitur : & additur eius cognomen *Centa* , quemadmodum & in Mediceo , cuius epigraphen emendatam ex ingenio suo dedit Vaillantius , quum tamen in ipso archetypo corrupta sit : nec mirum ; quum ab imperito artifice totus numus sit ex alio typo expressus , & iterum aere fusus . Siquidem perspicue habet Π ΦΙΛΙΠΠΟΝ ΚЄ..... reliquae vero litterae vix adparent . Item in principio vix legitur , aut occurrunt vestigia ЄΠΙ. deinde sequitur ΤΩΝ ; & quidem post Τ , littera , quae sequitur , non Ο , sed Ω melius refert ; adeout corruptores numorum in aliqua semper peccata , vel nolentes labantur , quae posteris eorum fraudes patefaciant .

Im-

(1) Tab. LV.
(2) Inter Numism. Imperat. a Graec. pop. cusa pag. 157.
(3) E Museo Nobb. Erizzorum adfert pag. 158.
(4) Vide Otthonis Sperlingii Dissertationem ad numum Furiae Sabiniae Tranquillinae pag. 49. & Vaillantium loco superius citato .

CCXXVII.

A. *Imperator laureatus & paludatus.*

E. ΑΤ ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αντώνιος Γορδιανός. *h. e.* Imperator Caefar Marcus Antonius Gordianus.

P. *Fluvius, iuvenis fpecie decumbens, dextra ramum tenet: prope eum vas & avis.*

E. ЄΠ CΠΡ ΑΤΡ ЄΤΤΤΧΟΤC ТΟ. ΦΩΚΑΙЄΩΝ. *h. e.* Sub Praetore Aurelio Eutyche tertium Phocaeenfium.

Ex aere. Pond. S. XVII. G. XX.

PHocaeenfium numus, e Cimeliis Mediceae Gazae nunc primum in lucem editus, genuinus eft; licet fubftitutione alius litterae Π, pro alia Τ, vitiatus adpareat; nam ЄΠ CΤΡ, non vero ЄΠ CΠΡ, fcribendum fuerat. De numis, monetariorum veterum culpa vitiofis, egregiam & fingularem Differtationem nuper evulgavit Celeberrimus P. Erafmus Froelich S. I. (1) qui in fuo Gordianii Pii numo, a Tarfenfibus percuffo, duplicem fculptoris lapfum adnotat: nam diftincte & perfpicue in eo fcriptum videre eft, ΓΟΡΔΤΑΝΩC, loco ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Sigla illa ТΟ, Vaillantius (2) interpretatur ΤΟΒ. *iterum:* fed quum referant Τ & Γ iuncta fimul elementa, ut intelligendum fit ΤΟ Γ; interpretanda mihi videntur *tertium:* quod nempe Aurelius Eutyches (forfitan P. Aurelius Eutyches; quare fubfpicor τὸ Π. nempe praenomen Aurelii, monetario occafionem lapfus dediffe) tertium Praetor fuerit Phocaeenfium, quos populos in Aeolide collocat Ptolemaeus; & quia ad Hermum; idcirco in hoc rariffimo numifmate idem Fluvius fculptus eft, quum ipfis terminum conftituat. At Mela & Plinius Ioniae adtribuunt, propter originem; Herodotus, & ex eo Stephanus, in Caria Phocaeeam fitam fcribunt: quae Cellarius expendit (3). Arboris furculus, quem dextra Flumen oftentat, amphora, & avis, eidem Flumini adpofita, pomorum, vini, rerumque omnium beatam copiam ea in regione, fignificant (4). T. LXXIV. n. III.

(1) Tentam. IV. in re Numm. Differt. IV. quem vide p. 378.
(2) In Num. Imperat. a Graec. pop. cuf. pag. 158.
(3) Geograph. ant. Lib. III. Cap. I. pag. 68.
(4) Vide Senat. Bonarrotium in Numifm. Mufei Carpinei Tab. II. num. 2. pag. 34. & alibi fufius de Fluminibus fculptis in numis antiquis.

CCXXVIII.

* A. *Imperator laureatus & paludatus .*

E. ΑΤΤΟΚ Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. Αὐτοκράτορ Καῖσαρ Μάρκος Αντώνιος Γορδιανὸς Σέβαςος . *h. e.* Imperator Caesar Marcus Antonius Gordianus Augustus .

P. *Aquila , coronam rostro praeferens , fulmini insistit .*

E. ΔΗΜΑΡΧ ЄΞΟΤϹΙΑϹ.

Ex argento . Pond. S. IX. G. VIII.

T. CXII. n. II. CVsus est hic numus argenteus in honorem Gordiani ab Antiochensibus Syriae , ut eius typus , non semel illustratus , ostendit , & ut videtur , statimac pervulgatum , eum ad Romani imperii fastigium feliciter evectum esse ; quam caussam non uno in loco insinuat Capitolinus , qui totius Africae , ac Syriae , totiusque orbis Romani in eum amorem , studium , & gratiam eximiis laudibus extollit . Mox hoc addit elogium : *Fuit iuvenis laetus , pulcher , amabilis , gratus omnibus , in vita iucundus , in litteris nobilis , prorsus ut nihil praeter aetatem deesset imperio . Amatus est a populo , & Senatu , & militibus ante Philippi fationem , ita ut nemo Principum . Cordus dicit , omnes milites eum filium adpellasse , ab omni Senatu filium dictum : omnem populum delicias suas Gordianum dixisse .*

PHI-

CCXXVIIII:

PHILIPPVS SENIOR.

A. PHILIPPVS *laurea corona & paludamento insignis.*

E. IMP CAES M IVL PHILIPPVS AVG.

P. *Philippus senior a militibus Imperator salutatus, stat laureatus & paludatus inter Tribunos Legionum, & militaria signa, adstante ei a dextris filio Philippo Caesare.*

E. P M TR P COS P P.

Ex aere, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XXIII. G. XII.

MOrtuo Temesitheo, seu Misitheo, Philippus Arabs, T. LXXV. n. 1. humili genere natus, ex Praefecto Praetorii, Gordiano tutor & imperii consors datus est a militibus, qui tandem fame victi, iuveni Imperatori infesti, eiusdem Philippi artibus & insidiis eum interemerunt in Persidis finibus, circa initium mensis Maii, anni ab V. C. DCCCCXCVII. Chr. CCXLIV. quum iam septimam Tribuniciam Potestatem, seu septimum imperii annum, inchoasset. Ipso imperii initio M. Iulius Philippus M. Iulium Philippum filium adhuc puerum Caesarem renunciavit, & Tribunicia Potestate donavit. Ne autem a crudelitate nancisci videretur imperium, Romam litteras misit (uti a Capitolino memoriae proditum) quibus scripsit, Gordianum morbo periisse, seque a cunctis militibus electum. Quod gestum est, testatur hic numus eximius, in quo Imperator Philippus adstante filio, milites grato animo complectitur: cusus vero videtur ubi primum idem Philippus, sopito Persico bello, & amicitia cum Sapore constituta, Romam venit, & forsitan quum populo congiarium elargitus est anno V. C. DCCCCXCVIII. Chr. CCXLV. quo etiam annonam procuravit. Numus ex aere maximo, eodem typo insignis adfertur a Vaillantio (1), exstatque alius etiam in Museo Caesareo Vindobonensi (2), & in Vaticano.

(1) E Museo D. Abb. de Camps Tab. pag. 97. (2) Tab. LXIV.

CCXXX.

A. *Imperator laureatus & paludatus.*

E. IMP CAES M IVL PHILIPPVS AVG.

P. *Duae figurae velato capite, pateram dextra tenentes, ante templum compluribus aediculis insigne, ad aram sacro igne accensam sacra faciunt, adstantibus duobus ministris.*

E. P M TR P III COS P P.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. XVI. G. XI.

T. LXXV. *n. II.* PHilippi senioris numum describit & illustrat Vaillantius (1), cuius typus Roma sedens super clypeum, dextra Victoriolam, sinistra hastam gerens, cum epigraphe ROMAE AETERNAE. Eumdem numum cusum censet in memoriam sacrificii Romae in eius templo a Philippo, post eius in urbem una cum filio adventum, perpetrati. Huiusmodi sacrificium clarius testatur hoc insigne numisma Mediceum, viridi genuino colore, & integritate pulcherrimum, in quo ambo Philippi, pater & filius, sacra faciunt: sed quum patens ianua templum declaret, complures aediculas singulari hoc typo sculptas, in quibus Deorum simulacra condita spectantur, aliquid notatu dignum indicare videntur. Alterum numisma cum adsimili emblemate in Museo Pisanio adservatur (2). Non nego templum, quod in hoc numismate exhibetur, Romae sacrum esse posse: sed de templo Capitolino subspicionem, quae mihi oboritur, prae ceteris expendendam velim. Praeter cellas tres, quae erant in celeberrimo templo Capitolino, Iovi, Iunoni & Minervae sacras, fuisse etiam minores cellas, sive aediculas, in queis minora Deorum simulacra condita, non est quod dubitemus; non enim vetabat Religio quin aliorum Deorum imagines ibi ponerentur, puta ad ornatum eius templi aut cultum, ut observat Iustus Rycquius (3). Aediculam Iuventutis in Capitolio intra cellam Minervae memorat Plinius (4). In cella Iovis aediculam, ab antiquariis omissam, invenit idem Rycquius (5), forsitan Victoriae dedicatam: alias item Dei Martis, & Termini fuisse, verisimillimum censet (6). Quum igitur complures aediculae in hoc numismate intra

(1) Tom. II. Numismat. praestantior. Imperator. Roman. &c. pag. 328. & 329.
(2) Tab. LVII. quod vide.
(3) De Capitolio Romano Comment. Cap. XXIII.
(4) Lib. XXV. Cap. X.
(5) Ibidem Cap. XXIII.
(6) Vide D. August. de Civ. Dei Lib. IV. Cap. XXIV. quem citat Rycquius ibid. Cap. XIV. quem etiam vide in Cap. XLIII.

intra templum ſculptae cernantur, facile crediderim percuſſum fuiſſe in memoriam ſacrificii, quod iidem Caeſares Iovi Capitolino fecerunt poſtquam Romam reverſi ſunt, rebus in Oriente compoſitis, pace cum Sapore Perſarum Rege conſtituta, conditoque apud Arabiam Philippopoli oppido (1): quae declarata ſunt editis numis cum hiſce titulis: LAETITIA FVNDATA. PAX AETERNA. SECVRITAS ORBIS. SPES FELICITATIS ORBIS. FELICITAS TEMPORVM (2): item votis ſolutis, captatiſque ſuſcepti imperii auſpiciis una cum filio.

Tempus, quo hoc numiſma dedicatum eſt, indicat eiuſdem Imperatoris Philippi Tribunicia Poteſtas tertia, quam ſuſcepit anno V. C. DCCCCXCIX. poſt C. N. CCXLVI. tertio eius imperii anno, quum Brutius Praeſens, & Nummius Albinus Conſules eſſent, circa initium menſis Martii, quo tempore & primam adeptus eſt, quum una cum Gordiano adhuc vivo imperaret (3). Cum poſtica parte huius numiſmatis fere concordat aliud numiſma inter Cimelia Albana Vaticana, eademque inſcriptione ornatum, nempe P. M. TR. P. III. COS. P. P. eius vero antica pars in eo diſcrepat, quod iugata capita exhibet Philippi Imperatoris, eiuſque coniugis Otaciliae Auguſtae; e regione vero caput Philippi iunioris ſculptum, quod nudum eſt, nondum laurea corona donatum, cum epigraphe CONCORDIA AVGVSTORVM.

Im-

(1) Ex Sex. Aurelio Victore de Caeſaribus.
(2) Vide Com. Mediobarbum in Numiſm. Imperat. pag. 343.
(3) Vide quae obſervat in alterum numum Philippi Senioris Cl. Bonarrotius in Obſerv. ad Numiſm. max. mod. Muſei Carpinei Tab. XV. num. 1. pag. 289. & 290.

CCXXXI.

A. *Imperator laureatus & paludatus.*

E. IMP CAES M IVL PHILIPPVS AVG.

P. *Species theatri cancellis retro clausi; in cuius medio sedent in pegmate Philippus Augustus pater a dextris; a sinistris vero Philippus Caesar eius filius: binc inde sex figurae togatae: ad eos adcedit mulier cum tessera: infra idem pegma viri & mulieres cum pueris & puellis tesseras frumentarias ostendentes.*

E. P. M. TR. POT. III. COS. P P.

Ex aere, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. XII. G. V.

T. LXXV. n. III. E Carpineo Museo numum in postica parte Mediceo, nunc primum edito, in multis valde similem profert, & illustrat Cl. Bonarrotius (1); in antica vero ita differt a Mediceo, ut non solum Philippi senioris laureatum caput praeferat; sed etiam Philippi eius filii, & quidem laurea redimitum; itemque ex adverso caput Otaciliae Augustae, cum epigraphe CONCORDIA AVGVSTORVM. Quo tempore, quave occasione caelata sint haec insignia numismata, primum, multis adlatis eruditis observationibus, dubitat, haeretque Bonarrotius, qui Consulatum absolute enunciatum, pro secundo, aut alio scriptum arbitratur: quod argui etiam posse existimat ex alio numismate Philippi Augusti senioris apud Octavium de Strada (2), quod idem emblema exhibet, cum hac epigraphe: P M TR POT. III. COS. II P P. Postremo observata epigraphe CONCORDIA AVGVSTORVM, qua non solum mutuum adfectum Augustorum, animorumque vinculum denotari eruditi Numismatographi censent; verum praeter hoc aliquid aliud, nempe dignitatem aliquam, & honorem suis vel consanguineis, vel filiis conlatum: in eam sententiam lubens descendit, ut credar cum doctis viris praestantissimum hoc numisma ea occasione percussum, qua Augusti nomen Philippo filio suo Philippus Imperator concessit, & in Romani orbis imperio consortem, & parem sibi fecit.

Sed his ea adversantur, quae in medium adfert eximius Pagius (3). Siquidem certum est, Philippum Imperatorem tunc ob-

(1) Observat. in Numism. Musei Carpin. Tab. XV. num. 1. pag. 289. & seqq.

(2) Hoc ipsum ibidem citat Bonarrotius.

(3) In Critica ad Annales Baronii pag. 228. num. I.

obtinuisse Tribuniciam Potestatem non tertiam, sed quartam, quum iterum Consul cum filio conlega suo processit; nempe anno V. C. M. post C. N. CCXLVII. nam ante hoc tempus, Philippum iuniorem, Caesarem dumtaxat fuisse, ostendit, adlato antiquae inscriptionis testimonio e Gruteriano Thesauro (1); cui & sequens addenda est, quae id clarius ostendit, legiturque in miliaria columna (2), ex Africa Florentiam advecta, iussu Celsissimi Principis Cardinalis Leopoldi, quae nunc in Museo Mediceo cernitur.

IMP CAES
M IVLIVS PHILIP
PVS INVICTVS PIVS
FELIX AVG PONT
MAX. TRIB POT COS
DESIG. P. P. PROCOS ET
M. IVLIVS PHILIPPVS
NOBILISSIMVS CAES
Princeps IVVENTVTIS
.... *m*ILIA
....

Deinde descriptis duobus numis, altero relato primum a Monterchio (3), mox a Bonarrotio, cuius mentionem fecimus; & paullo post altero maioris moduli, ibidem adservato, cum epigraphe: IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS AVG. in postica vero: P. M. TR. P. III. COS. II. P P. cuius typus Mediceo simillimus exhibetur; non dubitat Pagius hunc secundum numum ad inaugurationem Philippi iunioris pertinere: quum soliti essent Imperatores congiarium populo dare, quando filios Caesares renuntiabant, aut imperii collegas, donato Augusti titulo, nuncupabant. Neque ex ea epigraphe CONCORDIA AVGVSTORVM, ceterisque, nempe ADVENTVS AVGG. NOBILITAS

AVGG.

(1) Pag. CXVII.
(2) Hanc in lucem protuli in Par. I. Inscript. ant. Etruriae Vrbium pag. 12. num. IX.
(3) Pag. 47.

AVGG. LIBERALITAS AVGG. deduci cenſet (uti ex illis plane deduxit magnus Baronius) Philippum iuniorem , quando Romam cum patre rediit , Auguſtum ab eo adpellatum eſſe ; nam Pagius ſe deprehendiſſe adnotat , Caeſares coniunctim cum Auguſtis in numis memoratos , Auguſtorum etiam nomine deſignatos eſſe .

Hinc diverſa tempora reſpicere Scriptores Romanae Hiſtoriae credibile eſt , ac praeſertim (ut ex his unum memorem) Capitolinum , qui uno eodemque tempore Philippum iuniorem & Caeſarem & Auguſtum adpellatum ſcribit . *Philippus autem* (inquit) *ne a crudelitate* (nam Gordianum occidendum curarat) *nanciſci videretur imperium , Romam litteras miſit , quibus ſcripſit , Gordianum morbo periiſſe , ſeque a cunctis militibus electum . Nec defuit ut Senatus de his rebus , quas non noverat falleretur . Adpellato igitur Principe Philippo , & Auguſto nuncupato , Gordianum inter Deos retulit .*

Hiſce difficultatibus , quas ingerunt deſcripta numiſmata , quae eumdem fere typum praeſeferunt , variante dumtaxat epigraphe ; nam in Carpineo , & Mediceo ſcriptum legitur : P M TR P III. COS P P. in altero vero Carpineo longe ſimili penes Octavium de Strada : P M TR P. III. COS. II. P P. ut occurram , admodum probabile crediderim , congiarium , ſeu frumentariam largitionem ab iiſdem Imperatoribus bis datam fuiſſe , quum Romae eſſent , alteram in memoriam eius diei , quo Philippus Pater Philippum filium Caeſarem , & Principem Iuventutis pronunciavit , & nobiliſſimi titulo honeſtavit : quod procul dubio , teſte Capitolino , contigit quum in Oriente eſſent , ob quam memoriam numiſmata Mediceum & Carpineum percuſſa Romae in tanta diei laetitia & celebritate edita videntur , & ſi qua alia exſtant , quae Tribuniciam tertiam Poteſtatem Philippi ſenioris exhibent , nulla Conſulatus facta mentione : alteram vero frumentariam largitionem , ſeu mavis congiarium , facile datum cenſerem in alia mox ſecuta celebritate in memoriam tituli ſive adpellationis Auguſti , quam Philippus iunior obtinuit , vel paucis antea diebus , vel ipſa die , qua primum Conſul proceſſit cum patre ſuo iterum Conſule , anno nimirum V. C. M. poſt C. N. CCXLVII. quam meam opinionem doctorum hominum iudicio lubens committo , meliora , ſeu veriſimiliora , ſi me doceant , mox ſecuturus .

Fru-

Frumentariam vero largitionem, ob haec conlata munera, ab iisdem Caesaribus Augustis datam, perspicue indicant viri, matresque cum pueris ac puellis alimentariis, quae ligneas tesseras, non quadrata, sed sphaerica forma effictas, veluti parvos orbes inscriptos cum manubrio, tenent; quibus plane ostensis, inspectoque numero, frumentum, quod ipsis frumentarii mensores admetiebantur, accipiebant (1). Hoc ipsum congiarium exhibet alterum ex aere maximo numisma, a Vaillantio descriptum (2), in quo duo Philippi sedent in subsellio, adstante a dextris Liberalitate cum tessera, & duabus aliis figuris pro congiario distribuendo; cum epigraphe: LIBERALITAS AVGG. Observandum insuper est illud suggestum, sive pegma, forsitan ligneum, in hemicyclum octagona forma constructum, retro cancellis undique clausum; cuius in medio sedent Philippi duo, pater & filius, hinc inde adsidentibus Senatoribus. Ad eos per gradus adscendit femina, tesseram secum adferens, ut frumenti numerum accipiat. Aliae feminae una cum viris sub pegmate expectant, & morantur. Quo autem in loco frumentaria haec largitio viritim data, compertum minime mihi est. Hanc Circo potius, quam Amphitheatro convenire, non obscure indicare videtur Ammianus Marcellinus (3): *Hi omnes quod vivunt, vino & tesseris impendunt, & lustris & voluptatibus, & spectaculis, estque templum, & habitaculum, & concio, & copia eorum, & spes omnis Circus est maximus.*

(1) De his vide Celeb. Iosephi Averanii Interpret. Iur. Lib. II. Cap. XVIII. 6. pag. 534.
(2) Inter Numismata maxima pag. 231.
(3) Rerum Gestar. Lib. XXVIII.

CCXXXII.

A. *Imperatoris Philippi fenioris laureati & paludati , & Otaciliae Auguftae iugata capita : ex adverfo Philippi iunioris caput laurea pariter redimitum .*

E. CONCORDIA AVGVSTORVM.

P. *Templum fex columnarum , ftatuis ornatum : ante illud uterque Philippus , pater velato capite , & filius aperto , ad aram fefta fronde coronatam facrificant , adftante tibicine & miniftris .*

E. SAECVLVM NOVVM.

Ex aere duobus metallis impreffum . Pond. Vnc. I. S. XXIII. G. XIII.

T. LXXVI. n. I. QVa de caufa Saeculare facrum , quod exhibetur in hoc pereximio numifmate , celebratum fit a duobus Philippis , & quidem in templo Iovis Capitolini , teftatur epigraphe : SAECVLVM NOVVM : in aliis vero numis MILLIARIVM SAECVLVM , & MILLENARIVM SAECVLVM adpellatur (1) . Quum annus ab aeterna Vrbe condita millefimus ageretur , eius Natalis , Saecularibus tum facris , tum ludis magnificis celebratus eft a duobus Philippis , ea ferarum cum manfuetarum tum efferatarum multitudine , & diverfitate , quas Gordianus ad Perficum triumphum paraverat . Capitolinus , quem fupra citavi , enumeratis iifdem feris , haec fubiungit : *Has autem omnes feras manfuetas , & praeterea efferas* (Gordianus) *parabat ad triumphum Perficum ; fed votum publicum nihil valuit . Nam omnia Philippus exhibuit Saecularibus Ludis & muneribus , atque Circenfibus , quum* MILLESIMVM *ab Vrbe condita* ANNVM *in Confulatu fuo & filii fui celebravit :* anno nempe V. C. millefimo ufque ad Palilia : poft Palilia vero MI. , Chr. CCXLVIII. quum Philippus fenior tertium Conful cum Philippo iuniore filio iterum Confule proceffiffent : quo etiam anno percuffus tum hic numus , tum alii , qui ad annum Millefimum , quem Orofius (2) omnium praeteritorum *auguftiffimum* adpellat , & ad ludos faeculares pertinent , cenfentur . *His imperantibus* (inquit Eutropius (3)) *Millefimus annus Vrbis Romae ingenti ludorum adparatu , fpectaculorumque celebratus eft .*

Nu-

(1) In alio numifmate , quod inter praeftantiora defcribit Vaillantius Tom. II. pag. 329. in templo exaftylo Iupiter fedens fpectatur .

(2) Hiftor. Lib. VII. Cap. XX. pag. 512. edit. Cl. Havercampi .

(3) Hiftor. Rom. Lib. X.

Nuper Vir Celeberrimus Ioannes Baptista Passerius, mihi amicissimns, e suo Museo insignem, ac memoratu dignam lucernam ex argilla protulit, & illustravit (1), quae exhibet templum Iovis Capitolini, tribus cellis ornatum, in quibus Iovis, Iunonis, & Minervae simulacra conlocata sunt; adiecta lupa Romulum & Remum lactante, atque etiam epigraphe: M. I. PH COS. III. Hanc lucernam cum aliis compluribus in M. Iulii Philippi Augusti sive praediis, sive officinis, formatam censet idem vir eruditissimus, & ad urbem illuminandam in magnificentissimis festis, millesimo Vrbis anno ab eodem Imperatore celebratis, adhibitam fuisse. De his haec memorant Cassiodorus, Eusebius, & Hieronymus in Chronicis: *Aemilianus & Aquilinus. His Consulibus Millesimus annus Vrbis Romae expletus est: ob quam solemnitatem innumerabiles Philippus cum filio suo bestias in Circo Magno interfecit: ludosque in Campo Martio theatrales, tribus diebus ac noctibus, populo pervigilante, celebravit: quadraginta etiam missus Natali Vrbis Romae concurrerunt, & Agon mille annorum actus*. Manifestus est Cassiodori, & aliorum excursus in recensendis Consulibus.

CCXXXIII.

A. *Philippi senioris laureatum caput, iugatum cum Otacilia coniuge sua ab una parte; ex adversa caput Philippi filii laurea insigne.*

E. CONCORDIA AVGVSTORVM.

P. *Duae Victoriae utraque manu sustinentes clypeum, in quo scriptum* VOTIS.

E. VICTORIAE AVGVSTORVM.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. IX.

CArpi, Sarmatiae Europaeae populi, non unas sub diversis Augustis, haud longe ab Istro flumine, irruptiones in Romani imperii provincias fecerunt: at sub Maximo & Balbino, contra Moesos pugnantes, Scythico bello principium dedere; qui primum a Gordiano repulsi, dum in Persas tendit, mox a Philippo eius successore coërciti & profligati sunt, quum in eos expeditionem, teste Zosimo, suscepisset. Cum his tandem pace inita, Romam rediit Philippus Imperator cum coniuge, & filio, T. LXXVI. n. II.

(1) Tom. I. ita inscript. *Lucernae Fictiles Musei Passerii. Pisauri ann. MDCCXXXIX.* Tab. XXIX. pag. 36.

lio , in cuius memoriam numi elegantibus typis sculpti sunt , praesertim hic ex aere maximo Mediceus , singularis plane pretii , & integerrimus , in quo victoriae laus utroque Philippo tribuitur , & Otacilia commendatur , quae eos comitata est . Numum alterum e maximorum genere laudat Ill. Spanhemius (1) , e Gaza Christinae Augustae depromtum , in quo duae Victoriae cum clypeo , & epigraphe : VICTORIA CARPICA , quae etiam in aliis numis primae magnitudinis occurrit : quorum typus Victoria gradiens cum serto & palma , vel Miles cum hasta & tropaeo (2) . Huc spectant alii numi cum epigraphe VIRTVS AVGG. in quibus duae feminae decurrentes spectantur (3) . Mediceo alterum persimile numisma , eodem emblemate consignatum , e Museo Cl. Abbatis de Camps exhibet Vaillantius (4) , qui adnotat Victoriam hanc Carpicam initio anni quincti imperii Philippi reportatam , V. C. MI. Christi CCXLVIII. Clypeum vero inscriptum VOTIS censet , quod vota pro felici Augustorum reditu soluta videantur : in quorum memoriam clypeus votivus templo adpendebatur , quem sustinent Victoriae . Hanc ipsam victoriam indicat alterum numisma ex aere maximo , inscriptum VICTORIA AVGVSTORVM , in quo ambo Philippi utraque dextra globum sustinent , cui imposita est Victoria , adstantibus Praetorianis (5) .

Im-

(1) Dissert. III. de Praest. & Vsu Numism. ant. §. II. pag. 635.
(2) Consule Com. Mediobarbum in Philippo Seniore pag. 345. & 346.
(3) Vide Vaillant. in Numism. praestant. Tom. II. pag. 330.
(4) Tab. pag. 95. & 96.
(5) Inter Numism. maxima pag. 232.

CCXXXIIII.

A. *Imperator paludatus & laureatus.*

E. ATT K. IOTA. ΦΙΛΙΠΠΟC ΑΤΓ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ιούλιος Φίλιππος Αὐγυστός. *h. e.* Imperator Caesar Iulius Philippus Augustus.

E. *Navigii tetragoni genus, in quo pectore tenus adparent duae figurae stantes, altera virilis, muliebris altera, e cuius capite velum dependet: superiori eiusdem navigii sinistro tigillo seu vertici avis insidet; ex adverso altera avis volitans ramusculum unguibus tenet: in ripa ante idem navigium stant mulier stolata, velato capite, & pone eam vir, sublatis dextris aliquid denotantes.*

E. ЄΠ. Μ ΑΤΡ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟΤ S ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜЄΩΝ. *h. e.* Sub Marco Aurelio Alexandro (*corrige* B) iterum Pontifice Apamensium. *In fronte arcae, sive tetragoni navigii scriptum:* ΝΩЄ.

Ex aere. Pond. S. XVIII. G. XIX.

PRimus omnium Octavius Falconerius, vir eruditissimus, T. LXXVI. n. III. tria numismata ex aere maximo in honorem Philippi senioris cusa, hoc typo insignia, peculiari dissertatione illustravit, & patefecit (1). Primum numisma, cuius iconismum adfert, est hoc ipsum Mediceum, cuius sibi visendi copiam factam a Leopoldo Etruriae Principe celsissimo testatur (2). Alterum, quod describit, vidit in Museo Petri Cardinalis Ottoboni: tertium penes Chisios Farnesii Principes, quos duos non profert, licet in nonnullis inter se variare adfirmet. Mediceum omnium integerrimum esse testatur (3): in Ottoboniano Ν priorem litteram ΝΩЄ, in arcae fronte scriptam, non obscure exhiberi docet; de reliquis silet: in Chisiano vero eas litteras ΝΩ aevo prorsus deletas, citatis in testimonium cordatis doctisque viris, adnotat (4).

Nunc de Mediceo numismate sermo: sed quod nunc prae manibus habemus, proculdubio ex alio genuino antiquo typo expressus ac conflatus est; quare subspicandi ansa praebetur, pro genuino, quod vidit Octavius Falconerius, hoc ipsum a sagaci aliquo homine inter videndum postmodum substitutum esse: non enim audeo imperitiae, & oscitantiae notam inurere Octavio Falconerio, viro antiquitatis peritissimo, cui merito summus vir

Eze-

(1) Edita est post Inscript. Athlet. Romae anno MDCLXVIII.
(2) Pag. 169.
(3) Ibidem pag. 169.
(4) Ibidem pag. 194.

Ezechiel Spanhemius opus ſuum, aeterna laude digniſſimum, de Vſu & Praeſtantia Numiſmatum antiquorum inſcripſit & dedicavit. Alia quoque numiſmata, quae habent ΝΩϵ, corrupta fuiſſe, ex his quae adferemus, non ſine ratione ſubſpicandum eſſe patebit. Interim coniecturas meas proponam, quas viri in re antiquaria peritiſſimi expendent; eorum enim iudicio omnia quaecumque ſcripſi, lubens ſubiicio. Iam apud eruditos omnes exploratum eſt, ſummos viros, inter quos maximopere eminent Huetius & Tillemontius, omnes doctrinae ſuae nervos intendiſſe, ut oſtenderent utrumque Philippum, patrem, & filium, verae Chriſtianorum Fidei & Religioni nomen dediſſe. Horum praeſidia nuper evertit vir doctiſſimus F. Thomas Monelia Florentinus, ex Ordine Praedicatorum, in Piſana Academia Sacrae Scripturae, & Eccleſiaſticae Hiſtoriae Profeſſor celeberrimus, qui edita Diſſertatione (1) *De utriuſque Philippi Religione*, cum doctiſſimis viris manus conſeruit, pugnavit, omnibuſque inſtructus praeſidiis tam Eccleſiaſticae Hiſtoriae, quam Auguſtae, optimae ſanaeque Critices regulis inſtructiſſimus, aequo doctorum hominum teſtante iudicio, vicit, palmamque praeripuit; nam utrumque Philippum luculenter oſtendit, numquam, reiecta Ethnica labe, Chriſtianis ſacris imbutos fuiſſe. Epigraphe ΝΩϵ ſcripta in fronte arcae, quae in Mediceo occurrit, legitur quidem; ſed litterae ſatis depreſſae ſunt, praeſertim ϵ, nec valde exſtant, licet minores ſint his, quae ambitum ornant, quae quidem ſatis eminent: haud tamen omnes ſunt probe ſculptae, ſed aliquo vitio fere omnes laborant, praeſertim prima in ϵΠ item Ξ & Ρ in ΑΛϵΞΑΝΔΡΟΥ. & nota Β, quae ſequitur, quae non Β. ſed S potius refert, nec alia prorſus videtur: neque etiam perbelle formatum eſt Ω in ΑΠΑΜϵΩΝ. Tota ubique numi area rudis eſt, impolita, & porulis, ac ramentis ſcatet.

Putabam difficultates, quae mihi haec numiſmata ſcrutanti, obortae ſunt, ſuperare poſſe, inſpectis duobus Septimii Severi numis ex aere maximo, quae eodem typo plane ſingulari nobilitantur; ſed magnopere augentur. Ex his celeberrimum unum in Theſauro Chriſtianiſſimi Galliarum Regis adſervari ſcribit Vaillantius (2), qui eum ita deſcribit: ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕΜΑ. Γ. ΑΠΑΜΕΩΝ ΝΕΩ. *Sub Agonotheta Artema tertium Apamenſium Neo-*

(1) Romae, e Typogr. Paleariniano, anno MDCCXLI. (2) In Numis Imperat. Graec. pag. 80.

Neocororum . Harduinus ſe in eo ſcriptum ΝΕΩΚ vidiſſe teſtatur (1). Hunc numum ab eo diverſum cernimus , licet adſimili emblemate ornatum , cuius ectypum ſummus vir Petrus Seguinus Franciſco Gottifredo dedit ; is vero Octavio Falconerio , qui in lucem produxit (2) ; nam epigraphe , in fronte arcae ſeu quadrati navigii ſcripta , ita variat : ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕΜΑΓ (ſequitur ΝΗΤΩΝ minoribus litteris exaratum in fronte arcae , quum locus alius nullus reliquus eſſet) in exergo ΑΠΑΜΕΩΝ. poſtrema huius nominis littera Ν ſubſcripta eſt ſub Α & Μ. Hunc numum omnibus anteferendum eſſe cenſeo ; de quo diſſerens Cl. Bonarrotius , haec adnotat (3) : *Et quis nam ſcit , quod ubi alii legerunt* ΝΕΩΚ , *ſive* ΝΩΕ *aut* ΝΟΕ , *in omnibus hiſce ſimilibus numis maximis , ut cernimus , valde labefactatis , detritiſque , ſcripta eſſe non debeant nomina harum duarum urbium nempe* Magnetum *&* Apamenſium *in Phrygia ; eo plane exemplo quo ſcripta ſimul videntur aliarum urbium nomina in numis ex aere maximo , in quibus earum concordia memoratur ?* In reliquis facile etiam eſt caelatorem oſcitanter in fronte arcae pro ΝΗΤΩΝ retrogrado ordine ΝΩΤ , ſeu ΝΩΕ ſcripſiſſe perperam . Igitur Vaillantius regiae Pariſienſis Gazae numum ita interpretatus eſt : *Sub Agonotheta Artema tertium Apamenſium Neocororum* . Falconerius vero propius , veriuſque ad fidem ſui ectypi ita interpretatus eſt : *Sub Agonotheta Arte Magnetum Apamenſium* . Sed acutius , ut par erat , Falconerius non vidit caelatorem , ſeu dedita opera , ſeu conſueto quadratariorum errato , noluiſſe repetere ΜΑ , contentus ut poſtrema ſyllaba ΜΑ in nomine ΑΡΤΕΜΑ alteri ſequenti priori ſyllabae inſerviret , & inchoato nomine ΝΕΤΩΝ , integrum ipſum conficeret , intellectu quidem facile ΜΑΓΝΗΤΩΝ . Regiae Gazae Pariſienſis numus maximus Severi , qui exhibetur in Tab. XVI. quam prae manibus habeo (4) , ita inſcriptus eſt : ΕΠΙ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ. ΑΡΤΕΜΑΓ. in exergo ΑΠΑΜΕΩΝ. ſubiecta Ν inter Α & Μ. in fronte vero arcae , ſeu navigii legitur ΝΕΩΚ. quae omnia mirifice torquent ingenium meum , ut ingenue fatear , ſatis infirmum & imbecille , quum videam nec deſcriptionem Falconerii , nec Vaillantii , nec ipſam Tabulam aeri inciſam ad exemplar Pariſienſe in hac Severi numiſmatis epigraphe eoncordare .

His adcedit numus maximae magnitudinis , Severo dicatus ab

(1) In curis ſecundis Numor. Vrb. 595.
(2) In praelaudata Diſſertat. pag. 171.
(3) In Obſervat. in Numos ex aere max. Muſei Carp. p. 303.
(4) In Collectione Regis Gall. num. 222.

ab iisdem Apamensibus, eodemque typo insignis, quem nuper e Cimeliarchio Albano-Vaticano in lucem protulit Cl. Venutus (1), cuius epigraphen ita describit: ΕΠΙ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ. ΑΡΤΕΜΑ. Γ. ΑΠΑΜΕΩΝ. In navigii latere ΝΩ... *Sub Agonotheta Artema tertium Apamensium Neocororum*. Itaque in hoc, si puncta non habeatur, scriptum erit ΑΡΤΕΜΑΓ. reliquum vero nominis huius urbis, scriptum in fronte arcae, ΝΗΤΩΝ. quod, ut mox videbimus, altera manu perpoliente numum, ita efformatum est ut dicat ΝΩΕ. Quod vero *Artema* legendum sit, non vero *Artemagora*: ut alibi Vaillantius (2), testantur numi duo, alter Caracallae, alter Herenniae Etruscillae penes Harduinum (3): testatur etiam lapis Gruterianus (4); quare verisimilior videtur epigraphe: ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕΜΑΓΝΗΤΩΝ ΑΠΑΜΕΩΝ. *Sub Agonotheta Artema Magnetum Apamensium*, quam amplexus est Falconerius, spectatque ad Magnetes & Apamenses in Phrygia (5), ut videtur, foedere inter se iunctos (6), licet erraverit, ut diximus, idem Falconerius, qui *Arte* vertit: quod nomen pro *Artema* non convenit. Sed ad rem nostram pertinet ea adferre, quae Cl. Venutus in hunc numum adnotat (7): *Malumus in numismate, cuius lectio difficultatis plena est, accuratissimi Vaillantii auctoritatem sequi* (8); *plurimos quippe alios in diversas rapuit sententias. Alii ut in eo descriptum adsererent Noachi ciboton, & cataclysmum, in navigii latere* ΝΩΕ *scriptum voluere* (9). *Alii eodem in loco* ΝΗΤΩΝ, *hoc est* ΜΑΓΝΗΤΩΝ καὶ ΑΠΑΜΕΩΝ ὁμόνοιαν *legerunt* (10). *Nos* ΝΕΩΚορῶν *interpretamur; nam in perpoliendo numo illud* ΝΩΕ *efformatum putamus: quod dicendum de genuinis omnibus, in quibus ita dispositae litterae observantur*.

Quum igitur numismata nuper expensa cum Severi, tum Philippi varient in epigraphe scripta in fronte arcae; nam Severi Augusti regiae Parisiensis Gazae, ni perperam incisa sit Tabula, habet ΝΕΩΚ. apud Vaillantium ΝΕΩ. apud Falconerium ex ectypo Seguini & Gottifredi ΝΗΤΩΝ. apud Venutum Vaticanus ΝΩ... in quo numo perpoliendo ΝΩΕ efformatum censet idem auctor: Philippi vero qui in Medicea Gaza exstat numus in arca

(1) Tab. XLIX. num. II. pag. 99. & 100.
(2) Pag. 309. ad Numos Imperat. a Graec. popul. cusos.
(3) Num. Popul. & Vrb. illustr. pag. 59. & 306.
(4) Pag. DCCCCII. 8.
(5) Pag. 219.
(6) Vide Cl. Bonarrotium in Observat. ad Numos max. mod. Musei Carpin. pag. 302. 303.
(7) In Num. Alb-Vatic. Tab. XLIX. n. 2. pag. 99.
(8) In Num. Graec. pag. 319
(9) Grosseus de Bose ad Dissertat. de Iano veter. pag. 11. inter electa. Rei Numm. Amburgi 1709. Tillemont. Hist. Imp. Rom. Tom. III. pag. 498.
(10) Octavius Falconerius de Nummo Apamens. Bonarrotius ad Numm. Carpin. pag. 303.

ca ſcriptum exhibeat ΝΩΕ , obfuſcatis depreſſiſque haud parum litteris ; Ottobonianus ΝΕΩΚ. teſte Vaillantio (1) ; Chiſianus eas litteras ΝΩΕ aevo deletas praeferat , teſte Falconerio (2) : ſi veriſimiliorem ſequi malumus lectionem , in Philippi ſenioris non ſecus ac Severi numis hiſce ſcriptum fuiſſe facilius & , ut opinor , melius , credendum eſt in arcae fronte ΝΕΩΚ , quam ΝΩΕ. Magnus vir Spanhemius , ut difficultates omnes dilueret , tranſpoſitas eſſe literas ſculptoris oſcitantia ſubſpicatus eſt , nimirum factum ab eo ΝΩΕ pro ΝΕΩ hoc eſt ΝΕΩΚΟΡΩΝ (3) . Si cuidam meae coniecturae locus detur ſubſpicandi , crederem ex induſtria forſitan eorum , qui utroſque Philippos Auguſtos ad Chriſtiana caſtra pertrahere conati ſunt , loco ΝΕΩΚ , ſeu ΝΕΩ , nempe Νεωκορῶν , corrupto numo , ſubſtitutum fuiſſe ΝΩΕ. ut hinc ex Noemicae arcae in univerſali cataclyſmo , ex Hiſtoriarum ſacrarum fonte deſumto emblemate , ſuam opinionem acrius obtruderent , ac tuerentur ; & Philippos Chriſti cultores fuiſſe illuſtri monumento oſtenderent . Sed quemadmodum nullus hactenus ita deſipuit , quamvis non admodum in Hiſtoria vel Auguſta , vel Eccleſiaſtica verſatus , ut Septimium Severum ab Ethnicorum caſtris ad Chriſtiana traduxerit , quamvis eius ſingularis numus idem emblema , uti Philippi numus , praeferat ; nam Chriſti cultorum acerrimum hoſtem fuiſſe , & in Eccleſiam diuturnum & cruentum bellum conflaſſe conſtat , & ultro fatentur omnes : ita neminem in tanta veritatis luce adeo caecutiturum arbitror , qui Philippum ſeniorem , itemque eius filium ab Ethnica labe vindicet , & Chriſtianos fuiſſe pertinaciter propugnet . Quid de emblemate huiuſce numi tum Severiani tum Philippei ſenſerint docti viri , non vacat iterum recoquere . Quum Apamea Phrygiae praeter alia nomina vocata fuerit Κίβωτος , nempe *arca* a Strabone , Plinio , & Ptolemaeo (4) Tabuliſque Peutingerianis (5) , quod tamquam arca clauderetur fluminibus *Obrima* , *Orga* , *Marſya* in Maeandrum cadentibus , quod etiam in numo Gazae Galliarum Regis in honorem Hadriani ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡΣΙΑΣ ΚΙΒΩΤΟΣ (6) *Apamenſium Marſias* , *Cibotus* , ſive *Arca* dicitur , eo forſitan ſenſu , quod iſtud flumen tamquam arca eſſet , copia , & divitiae eiuſdem urbis Apameae Phry-

(1) In Num. Imperat. a Graec. pop. cuſ. pag. 161.
(2) Diſſert. praelaud. pag. 194.
(3) Vide Epiſtolam ad Andr. Morell. quae in eius Specim. II. eſt pag. 124. apud Liebeum III. pag. 534.
(4) Lib. V. Cap. II.
(5) Apud Velſerum pag. 759.
(6) Apud Morell. Specim. in Tab. XI. pag. 77. & Harduinum in Num. illuſt. Vrb. & pop. pag. 59.

Phrygiae; hinc verisimile fit, cur tamquam in arca pectore tenus stantes expressi sint, mas, & femina; ni potius eorumdem Fluminum simulacra sint, quorum specie ipse Augustus atque eius coniux effecti credi possint, quasi opum, tranquillitatisque Apamensium populorum auctores; potius quam referatur hoc emblema ad Deucalioneum cataclysmum, sive ad Noëmi arcam, quam in proximis locis constitisse fabulatus est Auctor carminum Sybillinorum (1), quod magis adridet Cl. Harduino (2), nec omnino improbabile videtur. Profecto neminem fore arbitror, qui turbatis corruptisque hoc loci numismatis, credere velit in arca scriptum nomen *Noe*. Neque vero potest esse vox ΝΩΕ extrema pars nominis ΑΠΑΜΕΩΝ, si legatur sinistrorsum, Orientalium more, ΝΩΕΜΑΠΑ, ut observat Falconerius (3), qui id tamen minime probat, & probe quidem; nam populorum nomen integrum in utroque numo tum Severi, tum Philippi in exergo scriptum legitur, nempe ΑΠΑΜΕΩΝ; adeoque inutilis prorsus haec repetitio. Porro avis per aëra volitans, ramusculum praeferens, si tamen aquila est, ut Harduino videtur (4), occurrit in Apamensium numis ab eo descriptis: corvum vero ob nigrorem, symbolum esse quandoque *Celaenas*, ut & *Arcam* adpellatam Phrygiae Apameam; adeoque hoc typo pacem Principis beneficio partam significari, qua florentes opes suas augeri sperabant Apamenses, vero propius mihi videtur.

Im-

(1) Lib. I.
(2) Vide in Num. illustrat. popul. & Vrb.
(3) Laudatae Differtat. pag. 195.
(4) Ibidem pag. 61.

CCXXXV.

A. *Imperator laurea & paludamento insignis.*

E. ATT. M :: :: :: :: ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΑΤΓ. Ἀυτοκράτωρ Μάρκος (*supple* ΙΟΤΛ) Ιούλιος Φίλιππος Ἀυγυςός. *h. e.* Imperator Marcus Iulius Philippus Augustus.

P. *Duae figurae, altera virilis ad laevam, muliebris altera ad dexteram in biclinio sedentes, cum mensa tripode ante eos: dextrorsum duae viriles figurae stantes, quarum una baculo, cui advolutus serpens, innititur.*

E. ΒΙΖΤΗΝΩΝ. *h. e.* Bizyenorum.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. IV. G. XVII.

AVersa pars huiusce perrari numismatis, temporis iniuria haud ita labefactata est, ut ex lineamentis minime dubiis, quae supersunt, coniicere non possimus, sedentes in biclinio figuras forsitan referre Aesculapium & Hygiam; stantes vero figuras Philippum seniorem, atque eius filium, iuxta quos sculptus serpens baculum circumplexus. De Hygia anceps haereo, quum eam nudo pectore sculptam numquam viderim. Huic meae coniecturae ansam praebet eorumdem Bizyenorum in Thracia (*Bizya* enim arx Regum Thraciae Plinio (1) memoratur) populorum numus alter Mediceus, qui sequitur, & alter ex aere maximus, a Vaillantio ita descriptus ex Cimeliis Francisci Cameli, Antiquarii Sveciae Reginae (2). *Aesculapius sedens, dextra tenens pateram: ex adverso Hygia cum serpente; pone eam Telesphorus: iuxta illum mulier stans, dextra aliquid in pateram Aesculapii infundit: in vertice urna, in qua palmae ramus.* In multis convenit alterius maximi numismatis Bizyenorum typus, quod adfert Celeb. Haymius (3): in vertice tamen urna cum palma non cernitur; sed prope Aesculapium arbor, quae & in Mediceo aliorsum conlocata cernitur. Ex his discimus Bizyenos tum vota pro salute & incolumitate eorumdem Caesarum, tum etiam sacra certamina in memoriam partae victoriae Carpicae edidisse; & in superiori area Medicei numismatis intercidisse urnam cum palma sculptam, subspicari non sine ratione possumus. In alio numismate Musei Svetiae Reginae, quod idem T. LXXVII. n. I.

(1) Histor. Natur. Lib. IV. Cap. XI.
(2) Num. Imperat. &c. a Graec. popul. cus. pag. 161.
(3) Musei Britannici Tom. II. Tab. XXI. num. 4. pag. 264.

Vaillantius deſcribit (1), ſculptus eſt Philippus ſenior paludatus, cum Victoria ex adverſo, manus tropaeo imponentes; in cuius imo hinc inde captivi: qui typus ad celebrem illam de Carpis ad Iſtrum profligatis victoriam adludit; ad quam Iulius quoque Philippus iunior cum patre profectus eſt, uti edita numiſmata teſtantur (2).

CCXXXVI.

R. *Imperator laurea & paludamento inſignis.*

E. ΑΥΤ Μ ΙΟΥΛ ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΑΥΓ. Ἀυτοκράτωρ Μάρκος Ἰούλιος Φίλιππος Ἀυγουστός. *h. e.* Imperator Marcus Iulius Philippus Auguſtus.

P. *Aeſculapio ſedenti prope arborem, & Hermaeum ſignum, cui advolutus ſerpens, dextra pateram tenenti, Hygia adſtat, dextra ſerpentem ex eadem patera paſcentem, ſiniſtra volumen tenens. E regione Aeſculapii ſedet in exedra femina, antequam Teleſphorus ſtans cernitur.*

E. ΒΙΖΥΗΝΩΝ. *h. e.* Bizyenorum.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. IX. G. XX.

T. LXXVII. n. II. LVcem adfert praeſtantiſſimum hoc Mediceum numiſma, eadem occaſione a Bizyenis Imperatori Philippo ſeniori dedicatum, cum alteri Mediceo modo expoſito, tum alteri quod deſcribit Vaillantius. Hermaeum ſignum indicare videtur certamina ipſa, vel certaminum locum; nam in xyſtis & paleſtris, ſtadiis, balneiſque conlocari, atque in ipſis palmas aliaque victorum praemia infigi atque imponi conſueviſſe, alibi adnotavimus (3). Feminam illam ſedentem e regione Aeſculapii, quae etiam ſculpta eſt in numiſmate ex aere maximo, quod adfert praelaudatus Haymius, qui Hygiam eſſe cenſet, probabile eſt eſſe Coronidem Aeſculapii matrem: Genium autem urbis Bizyenorum, non ita facile crediderim. Alteram vero feminam, quam Hygiam eſſe perſpicuum eſt, Haymius, non recte, ni fallor, Sacerdotem Aeſculapii eſſe adfirmat, quae pro Imperatoris ſalute ſacra fecerit. In Cimeliarchio Vindobonenſi duo Bizyenorum numiſmata, quae alii obſervabunt, adſervantur, edita Tab. LVI. primum Mediceo ſuperius deſcripto in multis nonni-

(1) Ibidem.
(2) Vide Vaillantium Numiſmat. Imperat. Roman. praeſtant. Tom. II. pag. 330.
(3) Vide Muſ. Flor. Tom. I. pag. 148. vide etiam, ſi otium eſt, Columbarium ſive Monumentum Libertorum & Servorum Liviae Aug. Tab. XIII. num. E pag. 32.

nihil differt ; nam Aesculapius sedet ante templum , & duae figurae muliebres sculptae adparent : alterum vero exhibet Iovem cum Dea , & aliis figuris .

CCXXXVII.

A. *Imperatorum M. Iulii Philippi patris radiata corona , & M. Iulii Philippi filii laurea ornati , capita adversa .*

E. ΑΥΤΟΚΡ .... ΦΙΛΙΠΠΟΙ CЄΒ. *h. e.* Imperatores (*M. Iulii*) Philippi Augusti .

P. *Aesculapius a dextris , & Hygia a sinistris cum suis symbolis , sive attributis , Telesphoro intermedio .*

E. ЄΠΙ. ΑΥΡ. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΧ. ΠΡΩ ΤΟ Β ΚΙΒΗCCЄΩΝ. *h. e.* Sub Aurelio , Marci F. Archonte Primo iterum Cibessensium .

Ex aere . Pond. S. XVII. G. XVIII.

SAlutis datores Dii sculpti in hoc perraro Cibessensium in Lycia numo , indicant vota pro salute & incolumitate utriusque Philippi Imperatorum ab iisdem populis soluta , quum iterum Archontis Primi munus gereret Aurelius Marci F. Corrigendus Vaillantius , qui hunc numum descripsit , & ΚΗΒΗCCЄΩΝ , pro ΚΙΒΗCCЄΩΝ exposuit . Lapsus quoque Harduinus , qui in secundis Curis describit (1) , & epigraphen posticae partis ita explicat : ΚΗΒЄCCЄΩΝ. ЄΩΙ. ΑΥΡ. ΜΑΡΚΟΥ . ΑΡΧ. ΠΡΩ ΤΟ. Β. Hoc est : Ἐπὶ Αὐρηλίου Μάρκου Ἀρχιερέως Πρώτου τὸ Β. *Sub Aurelio Marco Pontifice primo iterum* : sed melius explicat Vaillantius : *sub Aurelio , Marci F. Archonte Primo iterum Cebessensium* : auspice vero hoc numo legendum *Cibessensium* . Variat scriptura : nam aliis apud Stephanum *Cabessus* , nempe Homero , & Hecataeo Milesio , qui urbem esse dicit ultra Thracium Haemum : item Hellanico , qui Lyciae urbem esse perhibet : aliis *Cebessus* . Apion vero apud eumdem Stephanum tradit pagum esse Cappadociae inter Tarsum & Mazaca , hoc est Caesareeae Cappadociae : nobis vero ex sincera huius numismatis epigraphe *Cibessus* , & Lyciae quidem urbi tribuendum censemus . T. LXXVII. n. III.

Im-

(1) In Num. ant. Populor. & Vrb. illustr. pag. 146. & 459.

CCXXXVIII.

A. *Imperator corona radiata, & paludamento insignis.*

E. ΑΥΤ Κ Μ. ΙΟΥΛΙΟΣ :: :: :: :: :: :: :: :: :: :: :: . Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ἰούλιος (*supple* ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΑΥΓ.) *h. e.* Imperator Caesar Marcus Iulius Philippus Augustus.

P. *Capita adversa: a dextris Genii Vrbis; a sinistris Dianae cum pharetra: in medio arboris ramusculus.*

E. CΕΛΕΥΚΕΩΝ :: :: :: Ν (*supple* ΤΩΝ) ΠΡΟϹ ΚΑΛΥΚΑΔ (*hoc est* ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ) ΕΛΕΥΘΕΡ (*h. e.* ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ.) *h. e.* Seleucensium ad Calycadnum Liberae.

Ex aere flavo. Pond. S. XXIII. G. IV.

T. LXXVIII. n. I. A Gordiano Seleucenses in Ciliciae Tracheotidis, sive Asperae siti ad fluvium Calycadnum, urbis ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ adpellationem obtinuisse, testantur edita a Spanhemio (1), a Vaillantio (2), atque ab Harduino (3) descripta numismata; quo auspice αὐτονομίαν, sive suis legibus utendi libertatem acceperunt. Alia ab Imperatore Philippo seniore beneficia consecuti iidem Seleucienses, hunc numum eidem dedicarunt; &, ut reor, effigie Genii urbis M. Iulium Philippum, Dianae vero Otaciliam matrem expressere. Ramusculus arboris regionis, quam Calycadnus adluit, ubertatem significare videtur, quem in numis Genii Fluminum non raro manibus praeferunt. Hanc urbem εὖ συνοικουμένην, *bene habitatam* adpellat Strabo (4), & laudat Plinius (5), & Calycadnum flumen navigabile, dextro Ciliciae lateri adnexam Isauriam interscindere, scribit Ammianus (6), de qua etiam vide L. Holstenii Notas & Castigationes ad Stephanum (7).

M. IV-

(1) De Vsu & Praestantia Numismatum antiq. Differt. IX. §. VII. pag. 679. & in Orbe Romano Cap. XVI. pag. 299. Tab. II: Fig X.
(2) In numis Imperat. a Graec. pop. cus. pag. 156. apud quem numus cum eodem typo occurrit.
(3) In Numis Populorum & Vrbium illustr. pag. 447.
(4) Geograph. Lib. XIV. p. 670.
(5) Histor. Lib. V. Cap. XXII.
(6) Lib. XIV. pag. 19.
(7) Pag. 287.

CCXXXVIIII.

M. IVLIVS PHILIPPVS F.

A. *Imperator* M. IVLIVS PHILIPPVS F. *laurea corona & paludamento conspicuus*.

E. IMP CAES M. IVL PHILIPPVS AVG.

P. *Templum sex columnarum, statuis ornatum: ante illud uterque Philippus, pater velato capite, & filius aperto, ad aram festa fronde coronatam sacrificans, adstante tibicine & ministris*.

E. SAECVLVM NOVVM.

Ex aere cum circulo flavo. Pond. Vnc. I. S. XXIII. G. XXI.

TEstatur hic numus praestantissimus Philippum iuniorem Caesarem, consortem Romani imperii a patre factum, cum eo Annum Saecularem, Vrbis Romae conditae Millesimum celebrasse, votis ante sacrisque in templo Iovis Capitolini peractis, antequam ludos ederent longe magnificentissimus. Idem typus editus in numis, ut vidimus ad Tab. LXXVI. num. I. Philippi Patris: adeoque monumenta haec deceptum Orosium manifestissime testantur, qui scribit: *Ita magnificis ludis augustissimus omnium praeteritorum hic Natalis annus a Christiano Imperatore celebratus est. Nec dubium est, quin Philippus huius tantae devotionis gratiam & honorem ad Christum & Ecclesiam reportarit, quando vel adscensum fuisse in Capitolium, immolatasque ex more hostias nullus Auctor ostendit*. Miror V. C. Sigebertum Havercampum, mihi amicissimum, haec, ut res postulabat, non animavertisse (1), eruditisque notis & disquisitionibus historiae haec penitiora non adtigisse. T. LXXVIII. n. 16.

Im-

(1) In Notis ad Orosium Cap. XX. pag. 513.

CCXXXX.

A. *Imperator laureatus & paludatus.*

E. IMP CAES M IVL PHILIPPVS AVG.

P. *Victoria ante erectum tropaeum, insidens armis, dextra palmam, sinistra clypeum tenens, litteris inscriptum, quae fugere.*

E. PONTIFEX MAX TR P V COS II P P.

Ex aere cum circulo flavo. Pond. Vnc. I. S. XXII. G. XIX.

T. LXXIX. n. I. CArpis, qui vicina Istro loca populabantur devictis, atque e Romana ditione pulsis, numus hic eximiae raritatis, licet ab homine artis perito viriculo perpolitus, cusus est Romae in honorem Philippi Iunioris, qui cum parente ad bellum profectus, consors & ipse consecutae ob victoriam gloriae, laetis adclamationibus honoribusque ornatus est. Scriptum fuisse arbitror in clypeo, quem tenet Victoria, quum duos fuisse versus litura ostendat, VICTOR AVGG. ut legit Vaillantius, qui hoc numisma Mediceum describit (1): minus autem credam; VICT CARP. hoc est VICTORIA CARPICA, seu VOTIS. Hanc victoriam utrumque Philippum consecutos esse anno V. C. MI. testatur epigraphe: nam Philippus iunior Consul iterum creatus est cum Patre, qui annum imperii quinctum agebat, & tertium Consul erat anno V. C. MI. Christi CCXLIII. post Palilia, quum Tribuniciam Potestatem obtineret quinctam. Eodem anno Philippum iuniorem Consulem tertium designatum fuisse adstrunt ex alio numo maximae magnitudinis, integro & indubitatae fidei, praelaudatus Vaillantius (2) & Mediobarbus (3). Philippus Veronae occisus est pulso amissoque exercitu; filius vero Romae apud castra Praetoria interfectus, ut scribit Aurelius Victor. Vtriusque mors contigit circa mensem Iulium Fulvio Aemiliano II. & Vectio Aquilino Coss. anno Christi CCXLIX.

Im-

(1) In Numism. maxima pag. 233.
(2) Ibidem.
(3) In Philippo Iun. pag. 351.

CCXXXXI.

A. *Imperator laurea corona redimitus, ornatuſque paludamento.*

B. ΑΤ Κ Μ ΙΟΤ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ἰούλιος Φιλιππός. *b. e.* Imperator Caeſar Marcus Iulius Philippus.

Γ. *Iupiter nudus ſtans, dextra pateram, ſiniſtra fulmen ſubſtinet.*

Ε. ϹΤΡ ΑΝΤΩΝЄΙΝΟΤ. ΤΗΜΝЄΙΤΩΝ. *b. e.* Sub Praetore Antonino Temnitarum.

Ex aere. Pond. S. xv. G. I.

AVro inte&tum eſt hoc numiſma, e genuino typo expreſſum. Apud Patinum (1) alterum occurrit in honorem Philippi Patris numiſma percuſſum a Temnitis, quorum urbs in Aeolia, de qua Plinius (2) & Stephanus, quod ſculptum exhibet Hermum fluvium, iacentis effigie. In alio eorumdem populorum numo penes Harduinum (3) in honorem Otaciliae, cum effigie Aeſculapii, ſcriptum legitur: ЄΠΙ. ϹΤΡ. Ι. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟΤ. ΤЄΜΝЄΙΤΩΝ. alterum vero Philippo filio dedicatum, quod Vaillantius deſcribit (4), habet: ЄΠΙ. ϹΤΡ. Τ. ΑΝΤΩΝЄΙΝΟΤ ΤΗΜΝЄΙΤΩΝ. ſed quum ſubſpicari poſſit ϹΤ. Γ. pro ϹΤΡ. perperam deſcriptum, crederem Praetorem Temnitarum fuiſſe Iulium Antoninum, qui & in hoc Mediceo nominatur. Complura numiſmata a laudato Vaillantio deſcripta, Temnitae dedicarunt Philippis, & Otaciliae Auguſtae, ut eorum gratiam procul dubio inirent, & eximia beneficia ac privilegia ſuſciperent. T. LXXVIII. n. II.

(1) Pag. 186. Vide
(2) Hiſtor. Nat. Lib. V. Cap. XXXII.
(3) In Numis Populor. & Vrbium illuſtr. pag. 495.
(4) In Numis Imperat. Graec. pag. 167.

CCXXXXII.

MARCIA OTACILIA SEVERA AVG.

A. OTACILIAE *Augustae caput*.

B. MARCIA OTACIL SEVERA AVG.

P. *Capita laureata Philippi Patris & Filii se respicientia*.

E. *In ambitu:* PIETAS AVGVSTORVM. *Infra protomas* III ET II COS.

Ex aere cum flavo circulo. Pond. Vnc. I. S. XIII. G. XI.

T. LXXIX. *n. II.* GRavissimum sanctissimumque pietatis nomen, quo hoc insigne, ac mirae integritatis numisma nobilitatur, qua benevolentia, grata voluntate, omnibusque officiis OTACILIAM Augustam meritis plenam prosecuti sint uterque Philippus pater & filius, perspicue testatur. Cl. Bonarrotius (1) hunc titulum referri posse censet cum ad pietatem Philippi & Otaciliae in filium, tum filii erga parentes, tum eiusdem patris & filii ad mutuum officium, cultum ac benivolentiam in ipsam Otaciliam. Verum in numo ex aere maximo, quod adfert Bonarrotius, etsi idem typus occurrat, idemque titulus legatur: PIETAS AVGVSTORVM; tamen Consulatuum notae Philippi patris III. & Philippi filii II. non sunt adscripta; & Philippus filius caput habet nudum, laurea vero corona minime redimitum; in numo vero maximo Cimeliarchii Christianissimi Regis (2), ut in Mediceo, integra epigraphe legitur: caput autem iunioris Philippi nudum occurrit. At in duobus aliis ex aere maximo numis Musei Albano-Vaticani, & Pisanii (3), Philippus iunior laureatum caput habet, & epigraphe integra, ut in Mediceo, legitur. Exstat numus argenteus apud Vaillantium (4), cuius epigraphe Philippi filii pietatem in Otaciliam matrem suam testatur, quod eum ad imperium educarit, cum hac inscriptione PIETAS AVG. N. Quo tempore cusus sit hic numus, Consulatus utriusque Philippi numeri, de quibus supra, perspicue ostendunt. Complura numismata in honorem Otaciliae Augustae percussa, habent PIETAS AVGVSTAE: eidemque Saecularium ludorum edi-

(1) In Numism. Mus. Carpin. Tab. XVI. num. 2. pag. 297. 298.
(2) Tab. XXIX.
(3) Tab. LVIII.
(4) Numism. Imperat. praestant. Tom. II. pag. 331.

editorum decus tributum a duobus Philippis, & a Senatu inſcriptiones & typi teſtantur: SAECVLARES AVGG S. C. item MILLIARIVM SAECVLVM, praeter alia eximii honoris in eam conlata monumenta (1).

CCXXXXIII.

TRAIANVS DECIVS.

A. *Imperator* TRAIANVS DECIVS *radiata corona inſignis, pectore lorica ornato.*

B. IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. *h. e.* Imperator Cnaeus Meſſius Quintus Traianus Decius Auguſtus.

P. *Victoria gradiens cum palma in ſiniſtra, coronam dextra obfert.*

E. VICTORIA AVG. I*n area utrimque* S C.

Ex aere. Vnc. I. S. IV. G. XIII.

TRaianus Decius, belli artibus clarus, Marino, tyrannidem occupante, oppreſſo, contra quem miſſus fuerat a Philippo; mox Veronae interemto a militibus Philippo, quum ab exercitu Illyriciano Imperator ſalutatus eſſet anno ab V. C. MII. a C. N. CCXLIX. ſumma rerum potitus, compluribus inclaruit victoriis de hoſtibus Romani imperii ſtrenue reportatis. Primum Scythas, ſive Gothos, capta Philippopoli, per Thraciam & Macedoniam graſſantes, tot cladibus adtrivit, ut Danubium remeare coegerit, oppreſſo Priſco, Macedoniae praeſide, qui ſe iiſdem adiunxerat. Daciam recuperavit coepitque: Illyricum reſtituit: de Germanis victoriam, teſtantibus numis, etſi Scriptores ſileant, retulit: Carpos etiam inflicto teterrimo bello ſuperavit. Mediceum hunc praeclarum numum probe integrum, referendum arbitror ad victoriam, quam primis congreſſibus de Gothis adeptus eſt, ut tradit Zoſimus; ad quam etiam refert vir doctiſſimus Bandurius, qui & hunc numum illuſtrat (2). T. LXXIX. n. III.

(1) Vide quae adnotat Cl. Bandurius in Numiſm. Herenniae Etruſcillae Tom. I. pag. 30.

(2) Numiſm. Imperat. Roman. a Decio &c. Tom. I. pag. 4. Idem numus eodem typo conſignatus exſtat in Muſeo Chriſtianiſſimi Regis Tab. XXIX. Piſanio Tab. LXI. Carpineo Tab. XVIII. num. I. apud Cl. Bonarrotium pag. 306. Deſcribit inter numiſmata max. Vaillantius pag. 234.

CCXXXXIIII.

A. *Imperator radiata corona, & lorica insignis.*

B. IMP C M Q. TRAIANVS DECIVS AVG.

P. *Figura muliebris paludata ac stolata stans, dextrorsum spectans; dextra tenet caduceum oblongum, sinistra cornucopiae.*

E. FELICITAS SAECVLI. *in arca utrimque:* S. C.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. v. G. v.

T. LXXX. n. I. NOtam s. c. & in maximis numis observans Vaillantius (1) Decii in Senatum indulgentiam exponit, quasi reddiderit Senatui potestatem eorum cudendorum, quam Hadrianus ceterique Imperatores sibi adrogaverant; quod etiam probat Bonarrotius (2). Nil enim Decius agere cupiebat, nisi quantum Senatus iuberet: quare ei censuram remisit, ius quintae relationis & proconsulare imperium, necnon ius Tribuniciae potestatis Senatus populique arbitrio adscripsit. Hanc saeculi felicitatem testatur hic numus Decii Traiani virtute largitam, propter quam eum Traiano aequalem & optimum Principem Senatus praedicavit. Vaillantius, quod Felicitas caduceum dextra gerat, pacis insigne, cusum idcirco numum innuere videtur, quod tunc temporis bellum civile, quod in Gallia ortum fuerat, oppresserit: cornucopiae vero quod sinistra tenet, frugum abundantiam ex pace procuratam denotare adfirmat; sed priori cudendi numismatis causae, quam probant Bandurius (3) & Bonarrotius (4), facile adsentior.

HEREN-

(1) In Numism. selectior. Musei Ill. D. Abb. de Camps Tab. pag. 101.
(2) In Numism. Mus. Carpinei Tab. XVIII. n. I. pag. 309.
(3) Loco supra cit. pag. 7.
(4) Ibidem pag. 307. 308.

CCXXXXV.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG,

A. HERENNIAE ETRVSCILLAE *Augustae caput ornatum mitella , & luna bicorni ad humeros .*

Æ. HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

P. *Figura muliebris sedens , dextrorsum versa , velo faciem dextra obducit , sinistra sceptrum , sive hastam transversam tenet .*

E. PVDICITIA AVG. *In exergo :* S. C.

Ex aere . Pond. Vnc. I. S. IV. G. XVIII.

PVdicitiae laude maxime omnium flagrarunt feminae Augustae , quae quum pudicae existimari vellent , nil hac praedicatione illustrius ac praestantius sibi convenire existimarunt . Subspicor Pudicitiae Deae simulacrum , quod tum in aede Pudicitiae *Patriciae* , quae , teste Livio (1) , in foro Boario fuit , ad aedem rotundam Herculis ; tum in altera aede Pudicitiae *Plebeiae* colebatur a matronis , ita sculptum fuisse uti cum in hoc numo , tum in aliis exhibetur , effigie nimirum velo caput obnubentis . Imposita est protoma Herenniae Etruscillae Lunae nascentis imagini , quod in Lunae sphaera Heroas , & praestantes virtute ac pudicitiae laude feminas , tamquam in propria sede locatas , crederet fabulosa vetustas (2) . Idem typus inter numismata Ill. Abbatis de Camps (3) , sed absque nota S. C. observatur ; quae neque occurrit in altero regii Galliarum Cimeliarchii . Sed hoc Mediceum non pondere , sed mole sua aliquantulum laborat . T. LXXX. *n. II.*

Au-

(1) Histor. Lib. I. Vide etiam Festum & Valerium Maximum Lib. II. de Institutis .

(2) Vide Cl. Bonarrot. in Numism. Musei Carpin. 44. & 45.

(3) Loco superius citato .

CCXXXXVI.

A. *Augustae caput mitella ornatum.*

E. HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

P. *Mulier stolata velo faciem obducit : a dextris eius stat Salus stolata, dextra pateram & anguem praeferens ; a sinistris vero Felicitas, quae dextra caduceum oblongum tenet, innixa sinistro cubito columellae.*

E. PVDICITIA AVGVSTAE. *In exergo :* S. C.

Ex aere cum circulo flavo. Pond. Vnc. I. S. XXIII. G. XX.

T. LXXX. *n. III.* ELegantissimum hunc numum Mediceum describit Cl. Bandurius (1), & loco Felicitatis, Securitatem sculptam adfirmat. Sed frequentius Felicitati tributum caduceum, eamdemque expressam columnae innixam, ad eius perpetuitatem declarandam, iam satis superque eruditis notum. Eadem etiam symbola Securitati tributa, ex eodem Bandurio. Temporum iniuria aliquantulum in aversa parte labefactatus est hic numus, quo diligentius observato, vidi anguem praeferre Salutem Deam, illumque paterae admotum pascere; quo typo incolumitatem, faustaque omnia Herenniae Etruscillae precatum fuisse Senatum, coniicimus.

CCXXXXVII.

C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS.

A. *Imperator laurea & paludamento insignis.*

E. IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

P. GALLVS & VOLVSIANVS *equitantes, praeeunte Victoria, & comitantibus militibus, quorum unus vexillum, reliqui militaria signa, & arma praeferunt.*

E. ADVENTVS AVGG.

Ex aere, cum circulo flavo. Pond. Vnc. I. S. XIII. G. XX.

T. LXXXI. *n. I.* DEcio, & Herennio eius filio, in acie contra Scythas occisis, quum Gallus Romanum imperium adripuisset, filiumque suum Volusianum Caesarem, mox Augustum declarasset, anno V. C. MIV. Romam quasi de Scythis victor, magnos,

(1) Numism. Imperat. T. I. pag. 34.

gnos, ut ſcribit Zoſimus, ob conſtitutam cum barbaris pacem, ſeu potius annuo deſponſo tributo redemtam, ſpiritus gerens, advenit. Id declarat typus & epigraphe ADVENTVS AVGVSTI, quae etiam occurrit in numiſmate maximo Muſei Carpinei, in quo tamen Gallus & Voluſianus in equo decurrunt; in antica vero facie eorumdem Caeſarum capita ſe mutuo reſpicientia, & quidem laurea redimita, ſpectantur. De triumphalibus quadrigis, quae iiſdem decretae ſunt a Senatu, mox ad alium numum Mediceum dicam. Interim dum in itinere eſſent, Romani vota pro eorum ſalute, felicitate, ac ſecuritate nuncuparunt, & Fortunam Auguſtis Reducem conprecati ſunt, quum peſtis ſaeviſſima per totum Romanum orbem graſſaretur, & undique Barbari incurſiones agitarent. Numus maximus rariſſimus, huic Mediceo ſimillimus, exſtat in Theſauro Chriſtianiſſimi Regis (1). De his luculenter Cl. Viri Bandurius (2), & Bonarrotius (3).

CCXXXVIII.

A. *Imperator laurea corona, & trabea inſignis, dextrorſum verſo capite: eburneum ſcipionem, cuius vertici inſidit aquila, dextra praeferens.*

E. IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

P. *Quatuor pueri cum ſymbolis, quatuor anni Tempora deſignantes.*

E. SAECVLI FELICITAS.

Ex aere, cum flavo circulo. Pond. Vnc. I. S. XVII. G. X.

MEdiceus hic numus praeſtantiſſimus, nunc primum editus (4), ea occaſione cuſus eſt, quum Gallus Imperator ſecundum iniit Conſulatum cum C. Vibio Voluſiano Caeſare Auguſto filio ſuo, anno V. C. MV. Chriſti CCLII. de quo plura doctiſſimus Pagius ad Baronium (5). Felicitatem ſibi Romani promittebant quum Imperatores providentia Romanum orbem regerent, & populum liberaliſſimis largitionibus recrearent. Ad eas hic quoque typus adludit, quem alibi illuſtravimus: conſentiuntque alii numi ita iiſdem inſcripti: ANNONA AVG. VBERTAS AVGG. PROVIDENTIA AVGG. & FELICI- T. LXXI. n. II.

TAS

(1) Tab. XXX.
(2) Tom. I. Numiſm. Imper. Rom. pag. 62.
(3) In Obſervat. in Numiſm. max. pag. 311. 312. 313. 314.
(4) Exſtat etiam in Cimeliarchio Chriſtianiſſimi Regis, quem Vaillantius & Bandurius deſcribunt, ſed editus non comparet.
(5) Tom. I. pag. mihi 245. & 246.

TAS PVBLICA. de quibus confulendus Vaillantius (1), & Mediobarbus (2). Treboniani Galli imperium decem & octo menfium fuiffe, narrat Dexippus.

CCXXXXVIIII.

A. *Imperatorum Treboniani Galli & Volufiani capita laureata fe mutuo refpicientia.*

E. IMP GALLVS AVG IMP VOLVSIANVS AVG.

P. *Duo Imperatores vecti in triumphali quadriga, a Victoriis coronantur, currum hinc inde comitantibus duobus Praetorianis.*

E. PONTIFEX MAX TR P COS II. *Sub exergo deletae epigraphes haec tantum superfunt* COS.

Ex aere cum circulo flavo. Pond. Vnc. II. S. II. G. X.

T. LXXI. *n. III.* OB devictos, ut probabile eft, Sarmatiae populos, Senatum quadrigas triumphales decreviffe Treboniano Gallo & Volufiano, teftatur hoc fingulare ac praeftantiffimum numifma, in quo iidem Imperatores adpellantur. Hinc cognomina *Gallindicus*, *Phinnicus*, & *Vendenicus*, quae tum a numis, tum a Zofimo (3) memorantur. Quonam vero tempore haec evenerint, teftatur Treboniani Galli Confulatus II. qui exprimitur, quum Volufiani, quae fequitur Confulatus nota, iniuria potius hominis imperiti, quam temporis fit deleta.

(1) Tom. II. Numifmat. praeftantior. Rom. Imperat. pag. 347. & 348.
(2) In Treboniano Gallo pag. 358. & 359.
(3) Hiftor. Aug. Lib. I.

CCL.

A. *Imperatorum Treboniani Galli, & Volusiani capita laureata se mutuo respicientia.*

E. CONCORDIA AVGVSTORVM.

P. *Iidem Imperatores equo vecti, praeeunte Victoria, comitantibus Vexilliferis, & Praetoriano milite.*

E. ADVENTVS AVGG.

* Ex argento. Pond. S. XII. G. XVI.

VAriata tantum epigraphe in antica parte, idem typus, qui cernitur in aereo numismate Mediceo, quod habes in Tab. LXXXII. num. I. impressus est & in hoc argenteo praestantissimo, ad mutuam patris & filii pietatem ac benevolentiam, & in regendo Romani orbis imperio concordiam testandam: renovata eius laetitiae memoria, qua Vrbem aeternam, quasi de Scythis victores, intrarunt. In aliis numis legitur: PIETAS AVGG. & LIBERTAS AVGG. T. CXIII. n. I.

CCLI.

VALERIANVS.

A. *Imperator laurea corona & paludamento insignis.*

E. AT. T. K. ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΟΤΑΛΕΡΙΑΝΟΣ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πόπλιος Λικίνιος Οὐαλεριανός. *h. e.* Imperator Caesar Publius Licinius Valerianus.

F. *Diana triremi insistens, ambabus manibus velum auris inflatum tenens.*

E. ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕ:::ΚΩΡΩΝ *h. e.* Ephesiorum tertium Neocororum.

Ex aere Pond. S. XIII. G. V.

GAllo & Volusiano ad Interamnam interfectis, paulloque post occiso Aemiliano, qui contra eos insurrexerat, & brevi tempore imperium occupaverat, Valerianus, ut narrat Trebellius Pollio (1), vita laudabilis, clarusque omnibus honoribus & magistratibus insigniter gestis, non militum strepitu, sed iure meritorum, & quasi ex totius orbis vera sententia, Imperator ab omnibus exoptatus salutatus est anno V. C. MVI. T. LXXXII. n. II.

(1) In Valeriano.

Chr. CCLIII. Quum orbis Romanus undique a Barbaris impeteretur, Gallienum filium in Gallias misit: ipse Orientem tutaturus, suscepto bello contra Persas, qui Syriam devastabant, Antiochiam recepit, & maxima, pacato Oriente, peperit beneficia, ob quae RESTITVTOR ORIENTIS, itemque RESTITVTOR ORBIS. & RESTITVT GENER HVMANI *Restitutor Generis humani* adpellatus est, ut editi in eius honorem numi testantur. Praeclarissimae cum Asiae tum Graeciae urbes Scytharum irruptione, vel vastatione liberatae, Anazarbus, Ancyra, Aphrodisium, Thyatira, Nicaea, Pergamum, aliaeque, quorum numismata describit Vaillantius (1), praesertim vero Ephesus sacra certamina in honorem Valeriani Caesaris Orientis Pacatoris ac Vindicis splendidissimo adparatu celebrarunt. Ephesios, teste hoc eximio numismate, quod laudant idem Vaillantius (2), & Bandurius (3), probabile est praeter editos ludos, vota quoque pro eius felici ad urbem Ephesum adventu, Dianae nuncupasse, eiusque tutelae prosperum quoque eius navis iter eidem Deae commendasse, indicare videtur eius imago in triremi expressa, quae illius cursum expanso suo velo moderatur. Ita quoque in Tyriorum numo aereo (4) in honorem Gallieni, Hercules Tyrius triremi insistit. Dianae Valerianae, ex eius nomine nuncupatae, templum, quod Valerianus, teste Sexto Rufo, in VI. Vrbis Regione construxit, hanc Deam summa cum primis religione ab eo cultam fuisse perspicue ostendit.

Im-

(1) Pag. 176. non recte inter Numos primae magnitudinis recenset.
(2) In Numis Imper. cusis a Colon. Graec. pag. 176.
(3) Tom. I. pag. 114.
(4) Vide Vaillantium in Numis cusis in Coloniis & Cl. Bandurium Tom. I. pag. 129.

CCLII.

VALERIANVS IVNIOR.

A. VALERIANVS *Caesar laurea corona & paludamento ornatus.*

B. ΚΑΙCΑΡ ΟΛΥΜΠ :: :: :: ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC.

P. *Templum octo columnis subfultum ornatumque, in cuius medio Dianae simulacrum, utraque manu verubus insistentis.*

E. *In ambitu fugere litterae. In exergo:* ΕΦΕCΙΩΝ.

Ex aere Pond. S. xx. G. x.

QVum haec Imperatoris effigies iuvenilis non respondeat Valeriani Imperatoris imagini, censeo in hoc singulari numismate expressum Valerianum iuniorem, Valeriani filium, cuius imago a Cl. Bonarrotio expenditur (1). Auget numismati raritatem manifesta eiusdem Valeriani Caesaris ΟΛΥΜΠ pro ΟΛΥΜΠΙΟΥ adpellatio, quae primum, ut observavimus, Hadriano Augusto tributa est; teste Mediceo numismate, quod vide Tab. xv. num. II. in quo ΟΛΥΜΠΙΟC cognominatur. De postica parte huiusce numismatis nil dicendum superest. Quae deest in eius ambitu epigraphe, ex aliis Ephesiorum numis, quos describit Vaillantius (2), suppleri facile potest: praesertim vero ex alio Cimeliarchii Christianissimi Galliarum Regis, qui adsimili ornatur typo, cum epigraphe: ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. In alio eiusdem Valeriani numo iidem Ephesii Neocori dicuntur (3). T. LXXXII. n. III.

(1) In numism. Mus. Carpinei pag. 319.
(2) Pag. 176.
(3) Vide Cl. Bandurium pag. 269.

CCLIII.

GALLIENVS.

A. *Imperatoris* GALLIENI *caput laurea redimitum, dextrorſum converſum, ad pectus cum paludamento.*

E. IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. *h. e.* Imperator Caeſar Publius Licinius Gallienus, Pius, Felix, Auguſtus.

P. *Duo Imperatores, cum Praefecto Praetorii, manus adtollentes ſtant in ſubſtructione, antequam adſtant quatuor milites, quorum unus labarum; duo vero militaria ſigna tenent.*

E. ADLOCVTIO AVGVSTORVM.

Ex duobus metallis, cum circulo ex aere flavo. Pond. Vnc. II. G. VI.

T. LXXXIII. n. I. GAllienum Imperatorem ad fidem & concordiam exercitum ſuum excitaſſe, ſibique conciliaſſe, quum undique Barbari & Tyranni inſurgerent, nutaretque Romanum Imperium, docet hic numus elegantiſſimus & praeſtantiſſimus; qua vero maxime urgenti occaſione percuſſus ſit, mihi prorſus incompertum; forſitan quum Poſtumum rebellaſſe in Galliis, ei nunciatum eſt: vel etiam quum, occiſo Odenatho, Perſicum bellum parans, Heracliano exercitum commiſit. Huic tempori, & occaſioni complura adſcribit numiſmata Comes Mediobarbus, quorum epigraphe legitur: FIDES EXERCITVS. CONCORDIA EXERCITVS. FIDES MILITVM. FIDEI EQVITVM. FIDEI PRAET*orianorum* (1). Cum Gallieno ſtant in ſubſtructione Valerianus eius frater itemque Saloninus eius filius. In alio praeſtantiſſimo numo maximae magnitudinis, quem vide inter Albano-Vaticana, Gallienus, dextra orbem, cui Victoria inſiſtit, dextra parazonium tenens, *Pius Felix Auguſtus Germanicus* dicitur, eiuſque poſtica pars Adlocutionem exhibet, typo aliquantulum a Mediceo diverſo. In altero Muſei Piſanii (2), Gallienus clipeum, & haſtam expeditioni accinctus geſtat.

Im-

(1) In Gallieno pag. 378. 379.

(2) Tab. LXVII.

CCLIIII.

A. *Imperator laureatus, verso dextrorsum capite: thoracae, baltheo, clipeo, cuius emblema est Gorgonis caput, & hasta insignis.*

B. IMP GALLIENVS P F AVG.

D. SALONINAE *Augustae caput.*

E. CORNELIA SALONINA AVGVSTA.

Ex aere. Pond. Vnc. II. S. IV.

SAlonina Augusta ob egregiam in Gallienum coniugem suum pietatem & concordiam, atque ob alia in P. Romanum praeclara merita, sculpta est in hoc numismate eximiae pulchritudinis & raritatis, una cum Gallieno, moliente vel in Barbaros ac Tyrannos, vel in Persas expeditionem. Id alia numismata ex aere maximo testantur, in quibus capita Gallieni, & Saloninae caelata sunt, cum epigraphe CONCORDIA AVGG (1) vel LIBERALITAS AVGG; nam congiarium distributuri sedentes insubstructione exhibentur. Salonina, quum eius maritus bello adversus Barbaros & Tyrannos detineretur, annonam P. Romano procuravit, & Segetiae Deae, frugibus praesidis, templum exstruxit, quum aram tantum in Circo maximo, teste Plinio (2), haberet. Mediceo huic numismati alterum eodem typo simillimum, ac nobilissimum in Cimeliis Albano-Vaticanis adservatur. T. LXXXIII. n. II.

Im-

(1) Vide Vaillantium pag. 239. qui perperam legit CONCORDIA AVG. pro AVGG. quem corrigit Bandurius pag. 187.

(2) Histor. Nat. Lib. XVIII. Cap. II.

CCLV.

A. *Imperatoris caput, Herculis ritu, leonina pelle tectum.*

E. GALLIENVS PIVS FEL AVG

P. *Tres Monetae cum adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere. Pond. S. XXIII. G. XX.

T. LXXXIII. *n. III.* HErculis effigie & exuviis ornatum Gallienum repraesentat hoc numisma praestantissimum, quod auro intectum fuisse declarant, quae ad hoc tempus supersunt, indicia, ad denotandam egregiam eius virtutem. Etsi enim voluptatibus plurimum esset deditus; tamen, ut inquit Pollio, *ubi necessitas coëgisset, velox, fortis, vehemens:* & ut alibi idem Scriptor: *Erat enim in Gallieno subitae virtutis audacia*. In aureo eiusdem Gallieni numismate maximae magnitudinis, quod exhibent Albano-Vaticanum Cimeliarchium, & Regium Christianissimi Regis (1), pro eius typo Hercules stans sculptus est, clavae inixus, tenensque leonis exuvias, cum epigraphe: VIRTVS AVGVSTI, quae in aliis quoque numis occurrit. Speciosa etiam INVICTI & MAGNI cognomenta Gallienus sibi adscivit (2). Complurium Principum Romanorum, qui inter Divos relati fuere, numos restituit, in hoc Commodum forsitan aemulatus: & effigiem Augusti, cum epigraphe DEO AVGVSTO, cum sua coniunxit in aureo numismate, quod describit eximius Bandurius (3). Porro tres Monetas, officinae monetariae typum, quo nil frequentius eo legitime imperante, expressit: quod eo tempore maxima esset monetarum cudendarum Praesidum auctoritas; potius quam, ut aliqui volunt, quod tunc Tyranni ubique monetae cudendae ius sibi adrogarent.

Im-

(1) Vide Cl. Bandurium pag. 153.
(2) Vide Gruterum pag. CCLXXIV. & CCLXXV. Sponii Miscellan. pag. 201.
(3) Pag. 152.

CCLVI.

A. *Imperator laurea corona, & ad nudum pectus aegide ornatus.*

E. IMP GALLIENVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex aere. Pond. S. XXIII. G. IV.

IOvi similis, qui aegidem induit in bello adversus Titanas, exhibetur Gallienus in hoc numo pereximio. Numus Mediceo similis adfertur a Cl. Bonarrotio ex Museo Carpineo (1) cum eodem typo in postica parte; sed in antica Gallienus Heroum more pellita chlamyde amictus cernitur: in Mediceo autem aegis hamis conserta, & capite Gorgonis in medio ornata, manifeste adparet. T. LXXXIV. n. I.

CCLVII.

A. *Imperator laurea cinctus corona, ad pectus thorace insignis.*

E. IMP GALLIENVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex aere. Pond. S. XXIII.

BOnarrotio Senatori doctissimo lubens adsentior, qui frequentiorem in Gallieni eiusque coniugis Corneliae Saloninae numis typum trium Monetarum auctoritati Praesidum officinae monetariae, quae, Gallieno imperante, mirum in modum creverat, potius tribuit, quam turbulentissimis hisce temporibus, quibus, nutante Romano Imperio, plures ubique exorti Tyranni, ius cudendae monetae, tamquam veri ac legitimi Principes sibi usurpaverant, & aliquot numismata in ludibrium & dedecus Gallieni percusserant; inter quae illud, quod Vaillantius (2), & Bandurius (3) describunt, cum typo Victoriae bigam agitantis, ridiculaque inscriptione: VBIQVE PAX; in quo etiam idem Gallienus non Augustus, sed *Galliena Augusta* adpellatur. T. LXXXIV. n. II.

Ge-

(1) Tab. XXI. num. 2. pag. 322. 323.
(2) Numismat. Praestant. Tom. II. pag. 385.
(3) Tom. I. pag. 154.

CCLVIII.

A. *Genii P. R. caput radiata corona insigne*

E. GENIVS P. R. *h. e.* Genius Populi Romani.

P. *Intra lauream coronam* S. C. Senatusconsulto.

* Ex argento. Pond. S. XXIII. G. XII.

T. LXXXIV. n. III. ADsimile numisma, sed aereum secundae magnitudinis, adfertur a Cl. Bandurio (1), in qua Genius Populi Romani tutulatus exhibetur; aversa vero eius pars intra lauream coronam haec habet: INT S C VRB. In hoc Mediceo plane eleganti, ac raro Genius radiata corona ornatur. Complura in honorem Gallieni cusa sunt cum typo Genii P. R. numismata, quae, idem Bandurius describit (2): ut opinor, ob faustum eius in Vrbem adventum, postquam rebelles Germanos profligavit: sive quum Decennalia imperii sui splendidissimo ludorum adparatu celebravit: donatus etiam equestri statua, quae post Persicum triumphum ei dedicata est.

CCLVIIII.

A. *Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.*

E. ΑΤΤ. Κ. Π. ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝ.

P. *Imperator paludatus dextrorsum conversus, dextra tenens globum, sinistra hastae innixus, stat in templo octo columnis subfulto.*

E. ΑΠΟΛΛϾΝΗΙΑΤΑΝ ΑΤϹΡΚϹ......

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. II. G. XIV.

T. LXXXV. n. I. GEnuinus est, & quidem integerrimus hic numus, ab Appollioniatis ad Lyciam percussus in honorem Gallieni, cui templum cum eius statua eos dedicasse probabile est, quamvis faber monetarius in epigraphe posticae partis multis in locis peccaverit. Primum fabrile erratum occurrit in sexta littera, quae ita sculpta est Ͼ, pro Ω. In alio numismate maximo, quod vide in Thesauro Christianissimi Regis (3), scriptum est ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ; in Mediceo vero ΑΠΟΛΛϾΝΗΙΑΤΑΝ. Item Ω in fine re-

(1) Tab. post pag. 150.
(2) Pag. 191. & 216.
(3) Tab. XXXII.

refert potius Λ, quam Ω. Vaillantius (1) & Bandurius (2) aliorum duorum numismatum, cum eodem prorsus typo, aliter describunt epigraphen, quae in exergo habetur, quae manifesta eiusdem fabri monetarii sphalmata continet, quum scribendum esset ΑΤΚΙΩΝ. Nam hic numus Apolloniatarum Lyciorum, ut apud Stephanum, πρὸς τῇ Λύκιᾳ, in qua oppidum fortassis erat eiusdem nominis, percussus videtur, ut censet idem Cl. Bandurius (3).

CCLX.

A. *Capita adversa Gallieni radiati a sinistris, & Saloninae a dextris: in medio eorum figura muliebris globo insistens, quae ambabus manibus pallium, seu velum expansum tenet.*

E. ....ΠΟ. ΛΙ:: ΓΑΛ..... *Infra:* ::ΟΡΝΗΛΙ:: :: :: ::ΟΝΙ:: :: (*supple* ΑΤΤ Κ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ. *Infra:* ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΟΝΙΝΑ.) *h. e.* Imperator Caesar Publius Licinius Gallienus ... Cornelia Salonina.

P. *Mensa, supra quam praegrandis urna cum palma, in qua scriptum* :: ::Ο:: :: (*supple* ΠΤΘΙΑ. Pythia.)

E. *In ambitu:* ΠЄΡ:: :: (*supple* ΠЄΡΓΑΙΩΝ.) *Infra:* ΑϹΤΛΟΤ ΙЄΡΟϹ. *h. e.* Pergaeorum Inviolabilis Vrbis (Sacrum Certamen.)

Ex aere. Pond. Vnc. I. G. XIX.

Facile ex aliis numis hunc praestantissimum, temporum vitio haud parum detritum, supplevi, cuius integram epigraphen describit Vaillantius (4); qui perperam tamen inter numismata primae magnitudinis adcenset. Subspicor eam figuram muliebrem inter capita Gallieni & Saloninae sculptam, facile referre Dianam, summa religione a Pergaensibus cultam. Alterum exstat Pergaeorum numisma in honorem Gallieni apud Vaillantium (5), cum simulacro Dianae Pergaeae in templo dystilo, cum Sole hinc, inde Luna; cuius epigraphe: ΠЄΡΓΑΙΑϹ ΑΡΤЄΜΙΔΟϹ. Cum hoc Mediceo confer alterum Musei Pisanii (6), cuius etiam epigraphe vitiis non caret. Pergaei sacra certamina Pythia in honorem Gallieni celebrarunt, susceptam pro partis ab eo victoriis laetitiam declarantes, faustaquae omnia adprecantes Saloninae Augustae ob eximias eius virtutes, & militari laude florentem sobolem. T. LXXXV n. II.

(1) Pag. 180.
(2) Pag. 188.
(3) Loco citato.
(4) Pag. 183.
(5) Ibidem.
(6) Tab. LXX.

CCLXI.

CORNELIA SALONINA AVG.

A. *Caput* SALONINAE *mitella ornatum, ad pectus cum stola.*

E. CORNELIA SALONINA AVG.

P. *Salonina stolata sedens, dextram extendit versus duos puerulos stantes; laeva hastam gerit.*

E. PIETAS AVGG.

* Ex argento infimi pretii. Pond. Vnc. I. S. II. G. IV.

T. LXXXVI. n. I.

OCcurrit hic ipse typus & in numismate aereo maximae magnitudinis, quod Vaillantius (1), & Bandurius (2) describunt: argenteum autem hoc inter rara censendum est. Subspicor Saloninam Augustam (cuius praeclara in Rempublicam merita, egregiasque virtutes, licet sileant illius aevi Scriptores, praedicant tamen numi) praeter Annonam, quam P. Romano procuravit donavitque, alimenta quoque pueris & puellis alimentariis largitam esse; pro qua mea coniectura firmanda adcedit alterius numi rarissimi ex aere maximo auctoritas (3), cuius typus est eadem Salonina sedens, adsistentibus hinc inde ad latera mulieribus, & tribus puerulis, cum epigraphe prorsus nova: ABVNDANTIA TEMPORVM. Hinc Segetiam Deam, a segetibus nuncupatam, summa religione coluit, & ut benefica ac propitia esset, templum in eius honorem exstruxit: cuius templi tetrastyli figura in numis argenteis eiusdem Saloninae Augustae cernitur, cum eiusdem Deae simulacro, & hac epigraphe: DEAE SEGETIAE (4). Notandum scriptum esse PIETATI AVGG. cum duobus GG. quasi Salonina in coniugem suum laudes quoque refundat suas, ni sit monetarii sculptoris erratum.

A. Ca-

(1) Pag. 241.
(2) Pag. 241.
(3) Describit Vaillantius pag. 240. & ex eo Bandur. pag. 241.
(4) Vide praelaudatum Bandurium pag. 237.

CCLXII.

A. *Caput Augustae mitella ornatum, ad pectus cum stola.*

E. CORNELIA SALONINA AVG.

P. *Pavo cauda expansa.*

E. IVNONI REGINAE.

Ex aere cum circulo flavo. Pond. Vnc. I. S. XVII. G. IX.

Singularis elegantiae eximiaeque raritatis est hoc numisma Saloninae Augustae dedicatum, adposito pavone, qui in Iunonis tutela est, cum epigraphe: IVNONI REGINAE; cui Deae Salonina imperio digna adsimilari videtur; quod etiam declarat alterum ex aere maximo numisma, cuius emblema eadem Iuno tunicata stans, dextera pateram tenens, sinistra hastam, cui adsistit pro pedibus pavo, cum inscriptione: IVNO REGINA. vel etiam quod Saloninae tutelaris Dea fuerit Iuno, summa religione ab ea culta; nam in argenteis aereisque numis ita variant tituli: IVNO AVG M S. IVNO AVG. N. C. IVNO VICTRIX. IVNO CONSERVAT. itemque IVNONI CONS AVG. quae procul dubio maximam in Iunonem eius pietatem, & cultum testantur. T. LXXXVI. n. II.

CCLXIII.

A. *Augustae caput mitella ac stola insigne.*

E. CORNELIA SALONINA AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

* Ex argento infimi pretii. Pond. S. XXIII. G. XII.

Nvmum ex aere maximo delineatum profert doctissimus Bandurius (1), cum adsimili trium Monetarum typo, cuius epigraphe eadem est: in alio vero tertiae magnitudinis rarissimo, cuius typus figura muliebris stans, dextra bilancem, T. LXXXV. n. III.

(1) Vide Tab. ad pag. 235. & pag. 241.

ſiniſtra cornucopiae tenens, ſcriptum eſt: AEQVITAS AVG: & in ima parte VIIC. Sed hoc aevo, quae propriae Imperatorum laudes fuere, Auguſtis quoque feminis communes factas cernimus, atque iiſdem propemodum pares habitas, honoris & benevolentiae cauſa, quod etiam innuit epigraphe MONETA AVGG.

CCLXIIII.

POSTVMVS.

A. *Caput* POSTVMI *radiatum, ad humeros cum paludamento.*

E. IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. *h. e.* Imperator Caeſar Marcus Caſſius Latienus Poſtumus, Pius, Felix, Auguſtus.

P. *Figura militaris ſiniſtrorſum verſa, ſtans, dextra haſtae, inverſo deorſum mucrone, ſiniſtra clipeo humi poſito innixa.*

E. VIRTVS AVG.

Ex aere flavo. Pond. Vnc. I. S. III. G. V.

T. LXXXVI. *n. III.* GAllias ultra ſeptem annos imperio feliciter tenuit POSTVMVS: vir ſuſceptis pro Republica militaribus laboribus, & bellica virtute adeo clarus, ut iure meritorum Marti & Herculi aequatus fuerit, quod eius numiſmata teſtantur. *Germanicus Maximus* & ipſe, potiori quidem quam Gallienus iure, adpellatus; nam, ut ſcribit Pollio (1), *Gallias ab omnibus circumfluentibus Barbaris vindicavit*: Et in eius vita: *Siquidem nimius amor erga Poſtumum omnium erat in Gallica gente populorum; quod ſubmotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in priſtinam ſecuritatem revocaſſet imperium*. Hinc in numis RESTITVTOR GALLIA*rum*, & PACATOR ORBIS (2) dictus. Marti videtur comparatus in hoc numo pereleganti ac perraro; nam idem typus in eius numis occurrit cum epigraphe MARS VICTOR (3), quem Deum una cum Victoria *Conſervatores* ſuos adpellat idem Poſtumus, teſte aureo numo, qui exſtat in Theſauro Chriſtianiſſimi Regis (4). Idem typus Mediceo ſimillimus cernitur & in aliis numis, cum epigraphe VIRTVS AVG. VIR-

TVS

(1) In Gallieno.
(2) Vide Cl. Bandurium in numis ex omni metallo, pag. 287. 293. 295. 301.
(3) Apud eumdem pag. 293. & 310.
(4) Deſcribit idem Bandurius pag. 266.

TVS EQVITVM. item in his, qui Herculem praeferunt, eiusdem Imperatoris tutelarem Deum. Martis etiam effigie idem Postumus heic expressus facile credi potest, auctoritate numismatis, in quo scriptum VIRTVS POSTVMI. (1) In altero idem Imperator, globum dextra substinens, a Victoria, quae captivum dextro pede conculcat, coronatur; quare & hic numus ob Germanos e Gallia pulsos profligatosque cusus credi potest.

CCLXV.

CLAVDIVS GOTHICVS.

A. CLAVDIVS *Imperator, laurea corona in capite, & ad pectus paludamento insignis.*

I. IMP CAES CLAVDIVS PIVS FELIX AVG. *h. e.* Imperator Caesar Claudius, Pius, Felix, Augustus.

P. *Imperator eques paludatus, extensa sublataque parumper dextra, sinistra tenens eburneum scipionem, praeeunte Victoria, & comitantibus Praetorianis, & militibus cum labaro, & legionum signis.*

I. ADVENTVS AVGVSTI.

Ex aere. Pond. S. XXIII. G. II.

ROmani orbis imperium, sub Valeriano & Gallieno pessumdatum, ac paene conlabsum, consensu exercitus, Senatusque adprobatione suscepit CLAVDIVS circa mensem Martium anni CCLXVIII. Sublato Aureolo ceterisque infensissimis Tyrannis, contra Alamannos, qui per Rhaetias & Italiam ad lacum Benacum usque se effuderant, progressus est, illicque praeclaram adeo victoriam reportavit, ut vix dimidium Barbarorum, quam quod venerat, patriam repetere potuerit. Aliquantulum temporis deinde Claudius aut Romae, aut in Italia saltem exegisse videtur Cl. Bandurio (2). Quanta eius in urbem adventus laetitia adfecerit Senatum Populumque Romanum, testatur hic numus rarissimus, fidemque faciunt faustae adclamationes, quibus honestatus est, quas Pollio fusius memorat. *Claudi Auguste, te Respublica requirebat! Claudi Auguste, tu Frater, tu Pater, tu Amicus, tu bonus Senator, tu vere Princeps.* Complura adcedunt numismata cum epigraphe FORTVNAE REDVCI, quae optatissimum fuisse eius adventum in Vrbem, perspicue ostendunt. T. LXXXVII. n. II.

(1) Ibidem pag. 305.

(2) Tom. I. pag. 329.

CCLXVI.

A. *Imperatoris caput laureatum cum paludamento ad pectus.*

E. IMP CAES CLAVDIVS PIVS FELIX AVG.

P. *Hercules sinistrorsum versus, clavae, e qua pendent leonis exuviae, innixus sinistro brachio, & quiescens.*

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. XIX. G. III.

T. LXXXVII. n. III. CLaudius, ut scribit Pollio, *& securitate Rempublicam, & opulentiae nimietate donavit*. Herculi monstrorum depulsori, & profligatori invicto aequiparatur in hoc numo propter elegantiam, & raritatem eximio; nam Aureolo ceterisque Tyrannis sublatis, optatam Reipublicae quietem, securitatem felicitatemque reddidit. Adhuc Consulem designatum, *Patris Patriae* titulum meruisse, ex hoc numismate discimus. Consulatum secundum adeptus anno Chr. CCLVIIII. Gothorum exercitus terra marique tribus proeliis delevit, *Germanici Maximi*, & singularem *Gothici* adpellationem consecutus.

CCLXVII.

A. *Imperator laurea redimitus, ad pectus ornatus paludamento.*

E. IMP CAES CLAVDIVS PIVS FELIX AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. III. G. XXIII.

T. LXXXVII. n. I. SVmmis laudibus praedicant Scriptores Claudii moderationem & iustitiam, eximiamque rei militaris scientiam. Optimas leges ab eo conditas memorat Pollio; qui etiam addit securitatem & opulentiam Reipublicae ab eo donatam. Monetae restituendae eum prospexisse, quae a nobis proferuntur praelata numismata, testantur; hoc vero auro superfuso contectum fuisse perspicue adparet.

A. Im-

CCLXVIII.

A. *Imperator laurea redimitus, ad pectus ornatus paludamento.*

E. IMP CAES CL:: :: :: :: ::S PIVS FELIX AVG

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere auro contecto. Pond. S. XIV. G. XV.

MOnetarum integritati & commodis Claudium prospexisse (nam aeri plumbum, argento aes, auro argentum misceri mos inoleverat) ex eo etiam coniicere possumus, quod non pauca habemus eius numismata cum epigraphe AEQVITAS AVG. quorum typus figura muliebris stolata, quae dextra bilancem, sinistra vero cornucopiae gerit, & alia etiam inscripta VBERITAS AVG. in quibus mulier crumenam dextra, cornucopiae sinistra tenet, itemque alia cum epigraphe: PROVIDENTIA AVG. T. LXXXVIII. n. I.

CCLXVIIII.

TACITVS.

A. *Imperator* TACITVS *laurea cinctus, scipione cum aquila in vertice, & Consulari trabea conspicuus, dextrorsum conversus.*

E. IMP C M CL TACITVS PIVS FELIX AVG. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Claudius Tacitus, Pius, Felix, Augustus.

P. *Imperator eques paludatus, praeeunte Victoria, comitantibus militibus cum labaro & signis legionum.*

E. ADVENTVS AVG.

Ex aere, cum circulo flavo. Pond. Vnc. I. S. V. G. X.

TACITVS, interfecto Aureliano, Senatus iudicio Romani orbis imperio dignus habitus, summa militum populique Romani laetitia delectus, labantem Reipublicae statum restituit, teste Vopisco. In numis RESTITVTOR ORBIS dicitur (1); in altero vero nobilissimo Cimeliarchii Albano-Vaticani: T. LXXXVIII. n. II.

(1) Vide apud Com. Mediobarbum pag. 410. & Bandurium Tom. I. pag. 417.

cani : RESTITVTor REIPVBLICAE. Scythas profligavit, & vicit: qua parta victoria, ex Asia, in quam Scythae inruperant, in Europam redux, de optatissimo in urbem adventu suo praeclarum hoc meruit monumentum; sed ei mors obstitit, quae ad ducentesimum imperii diem, & ad initium Aprilis anni CCLXXVI. referenda est. Quum regrederetur, Consulatum secundum iniisse eodem anno, declarat praeclarissimus hic numus, in quo Consularibus ornamentis decoratur. In vetustis saxis non solum *Pius Felix*; sed etiam INVICTVS dicitur (1).

CCLXX.

FLORIANVS.

A. FLORIANVS *Imperator laureatus, & paludatus.*

E. IMP C M ANN FLORIANVS AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere inaurato. Pond. Vnc. I. S. VI. G. X.

T. LXXXVIII. n. III. Mortuo Tacito, imperium quasi quoddam hereditarium ius, inconsulto Senatu, motu suo, in Cilicia accepit, memorato superius anno, FLORIANVS, qui a Tacito germano fratre Praetorii Praefectus factus, adversus Scythas, Maeotidis paludis accolas, Asiam devastantes, missus fuerat; de quibus in Bosphoro victoriam reportavit. Inter numismata ex aere maximo nulla alia occurrunt in honorem Floriani, nisi haec cum typo trium Monetarum. Pecuniae fraudibus iam obviam ierat Tacitus, decreta capitali poena, & bonorum proscriptione, uti narrat Vopiscus.

PRO-

(1) Vide Gruteri Thesaurum pag. CCCCLXXVII.

CCLXXI.

PROBVS.

A. PROBVS *Imperator capite laurea cincto, & dextrorsum converso, amictus lorica hamis conserta, in cuius medio Gorgonis caput; humero dextro hastam, sinistra clipeum tenet.*

E. IMP PROBVS P F AVG. *h. e.* Imperator Probus, Pius, Felix, Augustus.

P. *Idem Imperator in tribunali, sive suggestu, circumstantes Legionum milites signa militaria tenentes adloquitur.*

E. ADLOCVT MILIT.

Ex aere cum lato circulo. Pond. Vnc. II. S. VI. G. VI.

Bellica virtute, rebusque praeclare gestis sub Valeriano, sub Gallieno, sub Aureliano & Claudio, partisque virtute sua meritis, adhuc privatus, ad Romani culmen imperii in Oriente circa finem anni ab V. C. MXXIX. Chr. CCLXXVI. a militibus evectus est M. Aurelius PROBVS, *Victor omnium Gentium Barbararum, Victor etiam Tyrannorum*, uti in eius sepulchro milites scripsere, cuius delectum mox Senatus confirmavit. Ad quam vero adlocutionem hic & sequens numus pertineant, non liquet, quum saepenumero Probum adlocutum fuisse milites testentur quamplurima bella ab eo confecta, necnon eius numi, ut observat Cl. Bandurius (1): qui etiam subspicatur (2), eos facile cusos in monimentum adlocutionis illius, quam habuit ad milites, quum ab illis Imperator adpellatus est, cuius quidem mentionem facere videtur etiam Vopiscus in eius vita (3). Numisma hoc pondere eximium, inter rariora censendum est.

T. CXIII. n. II.

(1) Pag. 443.
(2) Pag. 453.
(3) Vopisci locum pulcherrimum praetereo, quem adfert Cl. Bandurius ibidem.

CCLXXII.

A. *Imperator capite laureato dextrorſum converſus, indutus thorace, quem in medio ornat Gorgonis caput: humero dextro haſtam, ſiniſtra clipeum tenet.*

E. *Deletae epigraphes nullum veſtigium adparet.*

P. *Imperator in tribunali ſive ſuggeſtu adſtantes Legionum & Cohortium milites adloquitur, equo etiam adſtante.*

E: *Abſque epigraphe.*

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. IV. G. XII.

T. LXXXIX. n. I. SIngularis eſt huius numiſmatis typus, non quod adlocutionem Probi, ſed quod ſculptum equum exhibeat: ex quo coniicimus proximam Probi in Germanos, Galliam devaſtantes, expeditionem, vel in Sarmatas in Illyrico, alioſque Barbaros innuere, ad quos delendos milites cohortatur: qua, ni fallor, occaſione percuſſum videtur. In alio pereximio numiſmate Muſei Cl. Abbatis de Camps, quod illuſtrat Vaillantius (1), in tribunali prope Probum adſtat Praefectus Praetorio, & ſub eodem tribunali, quidam Reguli a Probo ſubacti, flexo genu incurvati, palmas extendunt; quem typum valde illuſtrant Vopiſci verba: *Quamdiu Reguli novem ex diverſis gentibus venirent, atque ad pedes Probi iacerent*. In hoc numiſmate Probus galea inſignis ſculptus eſt.

A. *Im-*

(1) In Numiſm. max. mod. eius Muſei Tab. pag. 117.

CCLXXIII.

A. *Imperator radiata corona ornatus, capite dextrorſum verſus; thorace armatus & clipeo, in quo idem Imperator eques & paludatus ſculptus eſt, praeeunte Victoria, pluribus figuris ſub equo proſtratis; qui dexra geſtat ſpiculum ad humerum dextrum.*

E. IMP PROBVS P F AVG.

P. *Sol radiatus, ſtans in quadrigis a fronte, dextra extenſa, laeva flagrum tenet.*

E. SOLI INVICTO.

Ex aere cum circulo flavo. Pond. Vnc. II. S. VIII. G. II.

PRobo adverſus Barbaras gentes bella molienti, Orientis provinciae, Floriano Occidentis obtigere. Quid typus huiuſce praeſtantiſſimi numiſmatis propter elegantiam raramque integritatem ſignificet, ex aliis numis incerti moduli diſquirendum eſt; in his enim eadem epigraphe frequens occurrit; ſed in altero admodum rara: SOLI INVICTO COMITI AVG. (1) Facile igitur adludit ad Probi virtutem celeritatemque in gerendis bellis, quibus totum Orientem victoriis emenſus inclaruit, ut comitem Solem habere viſus ſit. Facile etiam crediderim cuſum fuiſſe hoc numiſma, & reliquos cum hoc typo Solis, quum in Orientem profectus eſt, vel rediit. De hac profectione & expeditione Vopiſcus: *Pacatis denique omnibus Pamphyliae partibus, ceterarumque provinciarum, quae ſunt Iſauriae vicinae, ad Orientem iter flexit. Blemyias etiam ſubegit, quorum captivos Romam tranſmiſit, qui mirabilem ſui viſum, ſtupente populo Romano, praebuerunt. Copton praeterea & Ptolemaidem urbes, ereptas barbarico ſervitio, Romano addidit iuri.* T. LXXXIX. n. III.

(1) Vide inter Numiſmata Albano-Vaticana; nam in praeſtantiſsimo numiſmate cum eadem inſcriptione in poſtica parte Probus exhibetur Solis ſpecie quadriiugum currum agitans, monſtrante iter Victoria, & in eius exergo adnotatur COS. IIII. In Conſulatu IV. Probus conlegam habuit C. Iunium Tiberianum, anno V. C. MXXXIV. Chr. CCLXXXI. quo Romam veniens, de Germanis & Blemyis triumphavit, deditque Scaenicos & Circenſes ludos magnificentiſsimos. Hac occaſione cuſa, & dono data haec numiſmata videntur. Alterum huic Mediceo, quod circulo flavo recens auctum eſt, alterum ſimile vide in Muſeo Piſanio Tab. LXXIII.

CCLXXIIII.

A. *Imperator dextrorſum converſus, laureatus, & thorace ornatus, cuius in medio inter vittas Gorgonis caput; dextra globum tenet, cui inſiſtit Victoria cum palma, coronam ei offerens; laeva ipſe gerit parazonium.*

E. IMP C PROBVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum ſuis adtributis.*

P. MONETA AVG.

Ex aere. Pond. S. XXIII. G. IX.

T. LXXXIX. n. II. NOn pauca exſtant Probi Auguſti numiſmata ex aere maximo, quae in averſa parte pro emblemate, ſive typo exhibent tres Monetas. In his adverſa tantum pars ſpectanda eſt, quae variat; nam Probus laureato interdum capite, interdum galeato, vario etiam veſtium cultu & armis inſignis repraeſentatur. Siniſtra interdum etiam ſpiculum tenet; in hoc vero Mediceo, uti & in aliis duobus Muſei Carpinei (1), globum geſtat, Romani imperii ſymbolum, cui inſiſtit Victoria cum palma, lauream coronam ei obferens. Clipei etiam, quem oſtentat, emblemata variant, quae partas ab eo de teterrimis hoſtibus Germanis, & Blemyis aliiſque Barbaris victorias declarant. Praeclaras eius animi dotes ita laudat Vopiſcus: *Conferens ego cum aliis Imperatoribus Principem Probum, omnibus prope Romanis Ducibus, qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles exſtiterunt, intelligo hunc virum parem fuiſſe; aut, ſi non repugnat invidia furioſa, meliorem*. Cum hoc Mediceo complura numiſmata Vaticani Cimeliarchii conveniunt.

A. *Im-*

(1) Vide Tab. XXVI. num. 4. & 5. pag. 353.

CCLXXV.

A. *Imperator laureatus, ad pectus thorace ornatus, dextra gestat spiculum humero dextro, sinistra clipeum, in quo idem Imperator eques sculptus, praeeunte Victoria, sequentibus Legionum Vexilliferis.*

E. IMP PROBVS P. F AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere. Pond. S. XVIII. G. VIII.

CAesares ad bellum euntes, itemque redeuntes Victoria semper comitatur. Frequentius tamen hic typus referri debet ad profectionem ad bellum. Quae vero Probi Augusti profectio in his significetur, incompertum mihi est; nam toto quinquennio, quo praefuit Romano imperio, complura bella summa cum nominis & virtutis suae gloria feliciter gessit. Rempublicam in veterem statum restituit, qualem Augustus ipse ordinaverat, ut narrat Vopiscus: quapropter in numis adpellatur: RESTITVTOR SAECVLI AVGVSTI. T. XC. *n. I.*

CCLXXVI.

A. *Capita Probi & eius coniugis iugata: ad pectus ille cum paludamento, capite laureato, dextra tenet spiculum, sive bastam, sinistra clipeum.*

E. IMP C PROBVS INVIC P F AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. III. G. V.

PRaestantissimus & rarissimus est hic numus, quem fulgenti auro superfusum fuisse testantur reliquiae; tum quod iugata capita Probi Augusti, atque eius coniugis referat: tum etiam ob nomen INVICTI, quod ei iure ac merito tributum est. Probum Soli comparatum vidimus; quod eximiarum virtutum splendore totum orbem impleverit, & Romano imperio subiecerit. In numo pereximio Musei Carpinei, in T. XC. *n. II.*

quo

quo eius triumphus de Germanis & Blemyis caelatus eſt , haec epigraphe legitur : GLORIA ORBIS (1) .

CCLXXVII.

A. *Imperator laurea corona redimitus , capite dextrorſum verſus , lorica ſquamis conſerta cum Gorgoneo capite in medio inſignis : ſiniſtra ſpiculum ſive haſtam ad humerum , laeva clipeum gerit , in quo ipſe equo vectus ſculptus eſt : Victoria comitante , ſequente milite .*

E. IMP PROBVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum ſuis adtributis .*

E. MONETA AVG.

Ex aere . Pond. Vnc. I. S. VIII. G. XII.

T. XC. n. III. AD Perſicum , ut auguror , bellum proficiſcentem Imperatorem Probum , laeti bonique ominis gratia praeit & iter monſtrat Victoria , quae ſculpta eſt in eius clipeo . Neque ſola Victoria Probi comes ; ſed & alii quoque Dii eius comites in numis ſpectantur ; nimirum Minerva & Hercules , cum epigraphe : COMES AVG. itemque COMITI PROBI AVG. (2) Eius quoque Conſervatores Dii Iupiter , & Sol , ſive Apollo ; Mars vero VICTOR & PACIFER nominatur .

CCLXXVIII.

A. *Imperator laureatus & paludatus , verſo dextrorſum capite .*

E. IMP PROBVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum ſuis adtributis .*

E. MONETA AVG.

Ex aere . Pond. S. XVIII. G. VIII.

T. XCI. n. I. QVamvis Probus in hoc numo ſculptus ſit abſque haſta & clipeo ; tamen quum dextrorſum converſus exhibeatur , credibile eſt eo tempore percuſſum , quo adverſus Barbaras gentes expeditionem urgebat . *Quinquennio* , inquit Vopiſcus , *imperii ſui per totum orbem terrarum tot bella geſſit , & quidem per ſe , ut mirabile ſit quemadmodum omnibus occurrerit praeliis .*

A. Im-

(1) Vide apud Bonarrot. Tab. XXVI. num. 6. pag. 356. 357. (2) Vide Cl. Bandurium T. I. pag. 460.

CCLXXVIIII.

A. *Imperator laurea, & lorica squamis conserta, cum Gorgonis capite in medio, insignis.*

E. IMP C. M AVR PROBVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere. Pond. S. XVIII.

SVmmis laudibus in numis celebratur Probus Augustus, atque Antonino & Traiano optimis Principibus aequatur. *Omnia* (Vopiscus haec subiungit) *in uno Principe constituta sunt, rei militaris scientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendae reipublicae, atque omnium praerogativa virtutum*. Inter perraros numos & hic Mediceus censendus, in quo *Marcus Aurelius Probus* scriptum legitur. T. XCI. *n. II.*

CCLXXX.

CARINVS.

A. CARINI *Caesaris caput ornatum laurea corona, & paludamento ad pectus.*

E. M AVR CARINVS NOB CAES. *h. e.* Marcus Aurelius Carinus, Nobilissimus Caesar.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere. S. XX. G. XVI.

CARINVS inquinatis moribus deliciisque solutus, a patre suo Caro, suffragiis militum ad imperium provecto, mense Augusti, anno CCLXXXII. una cum fratre suo Numeriano Caesar factus est, eodemque parente mortuo circa eumdem mensem anni CCLXXXIV. Romanum orbem aequa potestate regendum suscepit. Quatuor exstant in Cimeliis Albano-Vaticanis numismata Carini ex aere maximo, quorum typus Monetae tres cum suis adtributis: quorum unum, Mediceo adlato simillimum, habet MONETA AVGG. in altero vero in quo idem Carinus *Imperator Augustus* adpellatur, scriptum est: MONETA AVG. quare Monetariorum sculptorum inspecta incon- T. XCI. *n. III.*

stan-

ſtantia circa haec tempora, nil ſtatuendum videtur de tempore, quo Auguſti titulum meruit Carinus, quod probe advertit Cl Bonarrotius (1), qui e Muſeo Carpineo numum maximae magnitudinis adfert, quod huic Mediceo in omnibus reſpondet, praeter quam in epigraphe averſae partis, quae habet MONETA AVGG, quam Numerianum quoque reſpicere cenſent eruditi Antiquitatis interpretes: at Cl. Bandurius, mortuo Caro, cuſa haec numiſmata cum titulo AVG. ſive AVGG. arbitratur (2). In numis Vaticanis Carinus clipeo & haſta armatus, capite dextrorſum converſo, exhibetur. E Galliis namque regreſſus, Italiam petiit: Iulianum Venetiarum Correctorem, qui purpuram ſumſerat, fuſo fugatoque eius exercitu, obtruncavit: *Nec ei*, ut Vopiſcus memorat, *defuit ad vindicandum ſibimet Imperium vigor mentis; nam contra Diocletianum multis praeliis conflixit*.

CCLXXXI.

NVMERIANVS.

A. NVMERIANI *Caeſaris caput ornatum laurea corona, & ad pectus paludamento*.

E. IMP C NVMERIANVS P F AVG. *h. e.* Imperator Caeſar Numerianus, Pius, Felix, Auguſtus.

P. *Tres Monetae cum ſuis adtributis*.

E. MONETA AVG.

Ex aere. Pond. S. XIX. G. XIX.

T. XCII. n. 1. MOrum honeſtate, eloquentiae & Poëſeos laudibus conſpicuus, ſtatuaque donatus, ponenda in Bibliotheca Vlpia, ſequitur M. AVRELIVS NVMERIANVS, qui interemto patre, quem primum adverſus Sarmatas, deinde adverſus Perſas bella gerentem, & victoriis potitum, ſecutus fuerat, Romani orbis imperium ſuſcepit anno CCLXXXIV. tenuitque triginta diebus, fraude Arrii Apri, Praefecti Praetorio, ſoceri ſui, interfectus prope Perinthum in Thracia. Eodem anno Numerianum cum Carino Conſulem teſtantur Faſti, & numiſmata ex aere maximo, quae in regio Pariſienſi Cimeliarchio, & in Vaticano ſpectamus, in quibus ornatus trabea, cum eburneo ſcipio-

(1) Tab. XXVIII. num. 1. 2. pag. 363. 364. 365.

(2) T. I. pag. 514.

pione, cuius vertici insidet aquila, in dextera; in sinistra vero cum globo, cui insistit Victoria cum palma, coronam ei offerens ob devictos Sarmatas, sculptus videtur: testaturque etiam epigraphe: IMP C NVMERIANVS P F AVG COS. eodem cum typo trium Monetarum.

CCLXXXII.

DIOCLETIANVS.

A. *Imperator* DIOCLETIANVS *laurea corona, & trabea insignis, verso dextrorsum capite, dextra globum, cui Victoria cum palma coronam ei offerens insistit, dextra tenens scipionem.*

E. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P F AVG.

P. *Templum sex columnis subfultum, in cuius medio Iupiter sedens, dextra fulmen in gremio, sinistra hastam sive sceptrum tenet.*

E. IOVI CON::::::::::::::::::

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. V.

RArissimus hic numus percussus est a DOMITIANO in memoriam beneficiorum ab Iove acceptorum, quod eo opem ferente, Romanum orbem, quem Barbari devastare, Tyranni distrahere voluerant, conservasset, constitutisque castris in extremis Imperii limitibus (1), territis Persis, profligatis Sarmatis, aliisque barbaris Rhaetiae propioribus, securitatem ac salutem Romanae Reipublicae peperisset. Aversae partis inscriptio, quae temporis iniuria labefactata est, ex aliis cum eodem typo ita instauratur: IOVI CONSERVATORI AVG. In argenteo numismate scriptum IOVI TVTATORI (2). In altero numo aereo maximae magnitudinis, qui exstat in Thesauro Christianissimi Galliarum Regis, in epistylio templi ita scriptum est: IOVI O M V C. nimirum *Iovi Optimo Maximo Victori Conservatori*: vel etiam, si placet, *Vrbis Conservatori*. De Sarmatis aliisque Barbaris populis victoriam reportavit anno Christi CCLXXXVIII. teste Mamertino: & circa hoc tempus eximium hoc numisma percussum videtur. T. XCII. n. II.

(1) Ex Zosimo Lib. III.

(2) Vide Cl. Bandurii T. II. pag. 11.

CCLXXXIII.

A. *Imperator laureatus, & loricatus, dextra tenens parazonium.*

E. IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum ſuis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex aere auro conte&o. Pond. Vnc. I. S. IV. G. VI.

T. CXII. *n. III.* SAcra in Diocletiani numis adpellatur *moneta*, quam ne quis adulteraret, graves poenas inſtituit. Hic numus, quum praeferat MONETA AVGG. reſpicere pariter videtur Valerium Maximianum, quem inſurgentibus Tyrannis, Caeſarem, deinde Auguſtum, & Imperii conſortem fecit Diocletianus.

CCLXXXIIII.

A. *Imperator laurea corona, & ad pectus thorace inſignis, dextrorſum converſus, haſtam ad humerum defert.*

E. IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum ſuis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex aere. Pond. S. XXI. G. XV.

T. CXIII. *n. I.I.* DIocletianum exhibet hoc numiſma bellicae expeditioni paratum contra Barbaros hoſtes, fortaſſe rebelles Saracenos, vel etiam Carpos & Sarmatas, quos variis cladibus adtrivit. *Omitto* (inquit Mamertinus in altero Panegyrico) *Sarmatiae vaſtationem, oppreſſumque captivitatis vinculis Saracenum: etiam illa, quae armorum veſtrorum terrore facta ſunt, velut armis geſta praetereo: Francos ad petendam pacem cum Rege venientes, Parthumque vobis munerum miraculis blandientem.*

Im-

CCLXXXV.

A. *Imperator laurea corona & lorica hamis conserta insignis, dextra tenens parazonium.*

E. IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. VI. G. XI.

FRequentius hac aetate occurrunt Imperatorum numismata auri, ut hoc quod exhibeo, vel argenti bracteis decorata & nobilitata, quum dono amicis darentur. De artificio aes inaurandi consulendus Vitruvius (1). T. CXIV. n. I.

CCLXXXVI.

* A. *Imperator laureatus & bracteatus.*

E. IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex argento. Pond. S. XVIII. G. II.

PRaefert numus aereus, argento superfuso decoratus Musei Carpinei apud Senatorem Bonarrotium (2), eumdem typum; sed in adversa Diocletianus P F INVI AVG. *Pius Felix Invictus Augustus* adpellatur, de quo titulo complura erudite adnotat idem Bonarrotius. T. CXIV. n. II.

(1) Lib. VII. Cap. VIII.

(2) Tab. XXX. n. 5. pag. 373. 374.

CCLXXXVII.

R. *Duo Imperatores se mutuo respicientes, ornati laurea corona, trabea, & scipione in dextera manu.*

E. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG.

P. *Moneta cum adtributis stans inter Iovem dextra hastae innixum, cum fulmine in sinistra, & Herculem, qui dextra innititur clavae, sinistra globum tenet.*

E. MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG.

Ex aere. Pond. S. XXIII. G. VIII.

T. XCIII. n. 1. EOdem pariter typo in aversa parte ornatur hoc numisma, ac alterum adlatum a Bonarrotio e Museo Carpineo (1); sed adversa sola Diocletiani effigie decoratur, ut & in aliis (2). Mediceo, a me nunc primum in lucem edito, cui alterum Vaticanum simile est, adcedit eximiae raritatis laus, quod duabus imaginibus nobilitetur Diocletiani & Maximiani, qui quum ornati sint Consularibus ornamentis, ex his notis argui facile potest tempus, quo hoc numisma praestantissimum percussum est; nempe anno V. C. MXL. Chr. CCLXXXVII. quo simul Consules fuerunt; vel etiam tempus quo simul de Persis triumphum egerunt; de quo superius diximus ad aureum numum insignissimum, quem editum habes in Tab. V. num. I. In postica parte loco duorum Imperatorum, tutelaria eorum Numina, facile cum eorum effigie sculpta sunt, nempe Iupiter Diocletiani, & Hercules Maximiani. Notandum Herculem praeferre sinistra globum, Romani imperii insigne, qui quum sculptus sit post has litteras HERCVLI. nil mirum si nonnulli antiquarii id diligenter non expendentes, scriptum censuerint HERCVLIO. Multa, quae adnotari possent, praetereo; quum hanc spartam perspicacissimus vir Bonarrotius luculenter occuparit.

MA-

(1) Tab. XXX. num. 6. pag. 374. 375.

(2) T. LXXVI. Musei Pisanii, & T. XXXIV. Gallicae Gazae.

CCLXXXVIII.

MAXIMIANVS.

A. *Imperator* MAXIMIANVS *dextrorsum conversus, laurea, & ad pectus consulari trabea insignis: dextra tenet scipionem, in cuius vertice aquila.*

E. IMP VAL MAXIMIANVS P F AVG. *h. e.* Imperator (*in aliis* Caesar Marcus Aurelius) Valerius Maximianus, Pius, Felix, Augustus.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex aere. Pond. S. XXII. G. VII.

MAXIMIANVM, quum decies ornatum Consulari trabea & fascibus memorent Fasti, haud ita facile est divinare, quo tempore, quove eius Consulatu cusus sit praeclarus hic numus, in quo ornamentis Consularibus insignis exhibetur. In altero numismate maximo, in quo sculpta una tantum e tribus Monetis, scriptum occurrit: SACRA MONETA AVGG. ET CAESS NOSTR. ex quibus colligimus Imperatores Diocletianum & Maximianum, Romani orbis regimen simul tenentes, monetarum integritati, genuinoque pretio prospexisse, decretisque poenis corruptores coërcuisse; quare, ut diximus, *Sacra* in eorum numis *Moneta* adpellatur. T. XCIII. *n. III.*

CCLXXXVIIII.

A. *Imperator laureatus, & paludatus.*

E. IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. *h. e.* Imperator Caesar Marcus Aurelius Valerius Maximianus, Pius, Felix, Augustus.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. I. G. II.

IN vetustis marmoribus Maximianus non tantum Pius, Felix, Augustus adpellatur; verumetiam *Magnus & Invictus*, *ac super omnes retro Principes fortissimus* (1). Speciosa etiam *Sarmatici Maximi*, & *Gothici Maximi* cognomenta meruit. T. XCIII. *n. II.*

Im-

(1) Vide Gruterum pag. CCLXXXI. CXII. & MLXXXVI.

CCXC.

* A. *Imperator laureatus & paludatus.*

E. IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum ſuis adtributis.*

E. MONETA AVGG.

Ex argento. Pond. Vnc. I. S. IV. G. XIII.

T. CXIV. *n. III.* EXimius Bandurius inter argentea Maximiani numiſmata nullum recenſet hoc typo trium Monetarum inſigne; quare raritatis & ſingularitatis pretium ei adcedere, nemo eſt qui non videat. Epigraphe MONETA AVGG. indicat concordiam aequumque in imperio conſortium Diocletiani & Maximiani, quod ſummis laudibus extollit Mamertinus in altero Panegyrico Maximiano dicto. *Quanta voſmet invicem pietate colitis? quae umquam videre ſaecula talem in ſumma poteſtate concordiam?*

CCXCI.

CONSTANTINVS M.

A. CONSTANTINVS MAGNVS *Imperator laurea corona gemmis interſertis diſtincta, & ad pectus paludamento inſignis.*

E. VICT CONSTANTINVS AVG. *h. e.* Victor Conſtantinus Auguſtus.

P. *Idem Conſtantinus Imperator paludatus eques, in barbarum contorquens ſpiculum, alterum ſub equi pedibus proſtrato.*

E. DEBELLATORI GENTT BARBARR. *h. e.* Debellatori Gentium Barbararum.

Ex aere. Pond. S. XXII. G. XIII.

T. XCV. *n. I.* LIberator Vrbis, Fundatorque Pacis & Tranquillitatis Eccleſiae CONSTANTINVS MAGNVS, quum Eboraci in Britannia, apud patrem Conſtantium eſſet, ab eo morti proximo Caeſar adpellatus eſt ad diem VIII. Kalend. Auguſti, anni CCCVI. Numus hic praeclariſſimus cuſus videtur in memoriam inſignis victoriae, quam primum agitatis bellis cum Scythicis gentibus, initio facto a Sarmatis & Gothis, iiſdemque memorabili pugna adtritis anno CCCXXXII. ad diem XXVIII. Aprilis, ſumma

ma nominis sui gloria, maximaque Romanorum, & totius Italiae populorum laetitia adeptus est; ob quam etiam complura ex aere maximo numismata percussa sunt, inscripta non solum DEBELLATORI GENTT BARBARR. verum etiam EXVPERATOR OMNIVM GENTIVM. & VICTOR GENTIVM BARBARR. quare loco sui nominis singulari laude in hoc numismate adpellari meruit: VICT CONSTANTINVS AVG. *Victor Constantinus Augustus*.

CCXCII.

A. *Imperator laurea corona gemmis interpositis distincta, & ad pectus paludamento insignis.*

E. CONSTANTINVS MAX AVG. *h. e.* Constantinus Maximus Augustus.

P. *Constantinus laurea corona gemmata redimitus, nuda superiore parte corporis, inferiore velata, insidens thoraci, hastae adnixus sinistra, dextram protendit ad figuram militarem, quae phoenicem globo insistentem illi obfert dextra, tropaeum vero gestat sinistra; ad quorum pedes intermedia pantera.*

E. GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESS. *In exergo:* P R.

Ex aere. Pond. S. XIV. G. XVI.

CONSTANTINVS cognomentum MAXIMI adsecutus est, T. XCIV. *n. 1.* ut litterae eius & edicta testantur, in quibus inscribitur Νικητὴς Κωνςαντῖνος Μέγιςος Σεβαςός: *Victor Constantinus Maximus, Augustus*, post victoriam, quam de Licinio, inter collegas suos ultimo, reportavit anno V. C. MLXXVII. Chr. CCCXXIV. Post hoc ipsum tempus probabile est tum hoc Mediceum praestantissimum atque integerrimum, tum reliqua, quae sequuntur numismata cusa fuisse. Verum Cl. Bandurius (1), frustra conari eruditos viros, qui ea ad certam temporum rationem redigere student, arbitratur. Adsignatum tempus post Licinianam victoriam conditamque novam Romam Constantinopolim (2), adridet Senatori Bonarrotio, qui alterum numisma Musei Carpinei, quod cum Mediceo probe convenit, luculenter illustrat, diligenterque, expensa postica parte (3), hoc emblema refert ad tempus illud, quo alteram de Gothis victoriam, bellum gerente Constantino iuniore eius filio, XII. Kal. Maias, anno Chr. CCCXXXII. retulit; qui in hoc numismate forsitan exhibetur tropaeum gerens, & glo-

(1) Tom. II. pag. 256. in hunc ipsum numum.
(2) Ad Tab. XXXIII. num. 1. pag. 386. & seqq.
(3) Alia numism. cum eodem typo habent. in Museis, nempe Regis Gall. T. XXXV. Vaticano, & Pisanio T. LXXX.

globum, cui phoenix insistit, cum parente suo substinens, quod reparatae temporum felicitatis perpetuitatisque symbolum esse videtur. Neque vero id pro certo adfirmari posse censet Bonarrotius, quum facile etiam Constantius Caesar, alter Constantini filius, esse possit. Tigris demisso capite inter eos media, convenit Gothis, qui tunc Maeotidem paludem incolebant, Armeniae & Hircaniae proximam, quae tigrium ferax est; ni rectius hoc animal sculptumque emblema, & ipsam epigraphen referendam putemus ad ludos editos in Decennalibus eiusdem Constantii Caesaris, quae inciderunt vel in hunc ipsum annum, quo Gothi victi, ut Pagius censet, vel in sequentem annum, quo idem Constantius post Licinii mortem Caesar a patre renunciatus est. Mediobarbum non laudat Bandurius, qui numos eiusmodi refert ad annum CCCXVIII. quo censet Francos a Crispo debellatos. Sed apud eumdem Bandurium (1) aliter ita se habet huius numismatis epigraphe: GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESARIS. corruptior vero penes Vaillantium (2): GLORIA SAECVLI VIRTVS SAECVLI. quae emendanda est. At in altero numismate maximo, quod idem Bandurius describit (3) cum eodem typo, legitur: VIRTVS CAESS GLORIA SAECVLI. Subiectae singulares litterae P M communi Antiquariorum consensu explicantur *Percussa Roma*, subintellecta *Moneta:* quam explicationem aliis expendendam relinquo. Mediceo numismati alterum eodem typo & epigraphe simillimum adservatur in Albano-Vaticano Cimeliarchio.

Im-

(1) Pag. 256.
(2) Numismat. max. pag. 251.
(3) Pag. 257.
(4) Inter Numism. max. pag. 252.



CCXCIII.

A. *Imperator corona ex lauro & gemmis cinctus, ad pectus cum paludamento.*

E. CONSTANTINVS MAX AVG.

P. *Roma galeata bellicis armis insidens, sinistra hastam tenens, dextra accipit coronam quam ei obfert Victoria, ad cuius pedes genu flectit, & opem implorat captivus.*

E. *Epigraphe temporum vitio fugit.*

Ex aere. Pond. Vnc. I. G. XV.

DEscribit Vaillantius (1) numisma hoc rarissimum; sed deletam esse aversae partis inscriptionem monet, quae tantum divinando restitui potest ex aliis numis, in quibus Roma galeata spoliis insidens cum Victoria cernitur, cum hisce inscriptionibus VRBS ROMA. seu VRBS ROMA BEATA. vel etiam GLORIA ROMANORVM. Captivus ille, ni fallor, percussum numum indicat ob relatam de Gothis aliisque barbaris gentibus victoriam, qua Romam in pristinam quietem & tranquillitatem adseruit. Perforatum utrimque tum hoc, tum superius adlatum numisma, ansam subspicandi praebet, quod in militaribus signis tamquam insigne ornamentum fixum fuerit, vel insertum ad indicium circa loculos sepulchrorum veterum Christianorum, quod etiam Bonarrotius observavit. Antiquum marmor adlatum in Gruteri Thesauro (2) haec habet: T. XCIV. n. II.

RESTITVTORI · PVBLICAE
LIBERTATIS · DEFENSORI
VRBIS ROMAE · COMMVNIS
OMNIVM SALVTIS. AVCTORI
D. N. IMP. FL. VAL. CONSTANTINO
PIO · FELICI · INVICTO · SEMPER · AVG &c.

(1) Inter Numism. max. pag. 252.

(2) Pag. CCLXXXII.

CCXCIIII.

A. *Imperatoris caput corona ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.*

E. CONSTANTINVS MAX AVG.

P. *Imperator eques armatum hostem, pedibus equi pressum, hasta confodiens.*

E. VIRTVS AVG N.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. I. G. XIII.

T. XCIV. *n. III.* HIc typus, uti in superioribus numis observavimus, Imperatorum in re militari praestantiam praesignat; quam in debellandis Gothis, & Sarmatis Constantinus Magnus editis praeclaris compluribus exemplis ostendit, quave occasione eximium hoc numisma percussum fuisse coniicimus. Virtutem Constantini in bellica fortitudine emicuisse, docet antiquum marmor penes Gruterum (1),

VIRTVTE · FORTISSIMO · ET
PIETATE · CLEMENTISSIMO
D. N. FLAVIO . CONSTANTINO
INVICTISSIMO · MAXIMO · P. P &c.

CCXCV.

CONSTANTINOPOLIS.

A. CONSTANTINOPOLIS *specie mulieris, galea & paludamento insignis, verso dextrorsum capite, ad sinistrum latus cum sceptro.*

E. CONSTANTINOPOLIS.

P. *Navis in mari cum remigibus: in cuius puppi figura sedet; prope eam signa tria militaria; in prora vero Victoria dextra tenens lauream coronam, sinistra palmam, spectantur.*

E. VICTORIA AVG.

Ex aere. Pond. S. XV. G. VI.

T. XCV. *n. II.* AEternum monimentum victoriarum suarum, quas de Tyrannis Barbarisque gentibus retulit sane plurimas, CONSTANTINOPOLIM esse voluit Constantinus omnium Principum gloriosissimus, quam ad repellendas Barbararum natio-

(1) Pag. CCLXXXIII.

tionum irruptiones commodiorem credidit, licet ſubſecutis temporibus bellorum eventus conceptam ſpem fruſtrarint, & Italiam opportuniorem eſſe docuerint. Hanc urbem Thraciae nobiliſſimam, olim Byzantium, quum aedificandam curaſſet ſtatim poſt Victoriam de Licinio relatam, qua tempeſtate totius Romani orbis ſuſcepto imperio, Vicennalia celebravit anno CCCXXV. praeclaris auctam aedificiis ſuoque nomine nobilitatam, ut NOVA ROMA eſſet, Imperii ſedes & caput in Oriente, ut altera in Occidente, v. Eidus Maias dedicavit, anno V. MLXXXIII. Chriſti CCCXXX. Gallicano & Symmacho Conſulibus, auctore Idacio, & Chronico Alexandrino. Huius urbis effigies Romae fere ſimilis exhibetur, cui ad imperium indicandum ſceptrum datum eſt: eius vero galea in numis ſequentibus laurea corona circumcingitur. De typo averſae partis dicam ad numiſma, quod ſequitur.

CCXCVI.

A. *Conſtantinopolis ſpecie mulieris, galea & paludamento inſignis, verſo dextrorſum capite, ad ſiniſtrorſum latus cum ſceptro.*

E. CONSTANTINOPOLIS.

P. *Navis in mari cum remigibus: in cuius puppi figura ſedet; prope eam ſigna tria militaria; in prora vero Victoria dextra tenens lauream coronam, ſiniſtra palmam, ſpectantur.*

E. VICTORIA AVG.

Ex aere. Pond. S. XVIII. G. VI.

HIſtorici Scriptores, dedicata Conſtantinopoli, nullam a Conſtantino relatam de hoſtibus victoriam memorant, praeter illam, quam de Gothis Conſtantinus iunior reportavit: quare hunc reſpicere huiuſmodi typo inſignia numiſmata dum opinatur Cl. Bonarrotius, poſtmodum in ea ſententia eſt, ea referenda eſſe ad Conſtantium, in ſuis Decennalibus per mare reverſum Conſtantinopolim, ſubactis forſitan Parthis & Medis, quum in aliis numis occurrat in puppi ſedens capite laureato. Adcedit alterius numi auctoritas, in quo, ut obſervat praelaudatus Bonarrotius, idem Conſtantius victor ſiniſtra labarum gerens, dextra globum, cum Victoriola ſculptus eſt in navi, cuius gubernaculum Victoria moderatur, eiuſque capiti T. XCV. *n. III.*

aſtrum imminet, cum epigraphe: FEL TEMP REPARATIO: & ſeorſim: III. in exergo vero R Z. qui typus convenit eius Decennalibus.

CCXCVII.

A. *Conſtantinopolis ſpecie mulieris, galea & paludamento inſignis, verſo dextrorſum capite, ad ſiniſtrum latus cum ſceptro.*

E. CONSTANTINOPOLIS.

P. *Figura muliebris ſtolata turrito capite, ſedens; dextra ſpicas oſtentat, ſiniſtra cornucopiae gerit: retro ſtat Victoria cum palma, lauream coronam eius capiti imponens.*

E. VICTORIA AVGG NN. *h. e* Victoria Auguſtorum Noſtrorum.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. IV. G. XXI.

T. XCVI. n. I. MVlierem ſedentem capite turrito, cui lauream coronam imponit Victoria, referre Conſtantinopolim, ſive Fortunam (1), eiuſve Vrbis Genium, docet perſpicue Conſtantini Iunioris numiſma praeſtantiſſimum primae magnitudinis a Bandurio editum (2), cuius nomen declaratum eſt circa eius imaginem, nempe CONSTANTINOPOLIS. In hoc eiuſdem Vrbis Genius, & quidem poſt humeros alis inſtructus, non ſecus ac in altero Muſei Carpinei (3), praefertque dextra manu lauri ramuſculum, ſiniſtra copiae cornu; at in hoc Mediceo numo plane ſingulari, abſque alis idem Vrbis Genius exhibetur, & pro lauri ramo ſpicas praefert, quae annonam procuratam, vel frumenti largitionem populo Conſtantinopoleos factam, deſignat. Quum epigraphe duorum Auguſtorum Victoriam memoret, referendum procul dubio eſt numiſma ad Conſtantium & Conſtantem Conſtantini Magni filios, ab anno nimirum CCCXL. quo occiſus eſt Conſtantinus iunior, natu maximus, ad annum CCCL. quo Magnentius Conſtantem necandum curavit, intra quod tempus aequa poteſtate iidem duo fratres imperantes, inlatis in hoſtes tribus praeliis, quae Bonarrotius diligenter enumerat, victores evaſere, in quorum memoriam haec percuſſa numiſmata, quae tam erudite, ac luculenter illuſtrat idem Bonarrotius, ut avidus Lector nil ſupra deſiderare poſſit.

Con-

(1) Vide Bonarrotium in Numiſm. Muſei Carpinei pag. 400. 401. & 402.
(2) Tom. I. pag. 330.
(3) Tab. XXXIV. num. 2. pag. 399.

CCXCVIII.

A. *Constantinopolis specie mulieris, galea laureata & paludamento insignis, verso dextrorsum capite, ad sinistrum latus cum sceptro.*

E. CONSTANTINOPOLIS.

P. *Figura muliebris stolata turrito capite, sedens, dextra spicas ostentat, sinistra cornucopiae gerit; retro stat Victoria cum palma, lauream coronam eius capiti imponens, dextra lauri ramum ostentat.*

E. VICTORIA AVGG NN.

Ex aere. Pond. S. XXII. G. XVI.

IN altero Constantii numo maximae magnitudinis, quem e Museo Cl. Abbatis de Camps illustrat Vaillantius (1), in adversa non Constantinopoleos, sed Constantii Augusti caput laurea cinctum exhibetur: in aversa vero, ut ipse interpretatur, Victoria sub Genii Vrbis forma, corona turribus ornata, alis instructa, quae dextra palmam, laeva cornucopiae tenet, imposito pede laevo prorae, ad arguendum eius ad mare situm, ut opinatur praelaudatus Vaillantius: sive, ut mihi videtur, arma Augustorum terra marique victricia. In numis hisce Constantinopolis sculpta in antica facie praefert sceptrum; at in altero Musei Pisanii (2), quod est expendendum, spiculum gerit. T. XCVI. n. II.

CCXCVIIII.

A. ROMAE *caput galeatum, sinistrorsum conversum.*

E. VRBS ROMA.

P. *Lupa Romulum & Remum sub specu lactans; hinc inde Pastores: superne sculptae duae stellae.*

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. VII. G. II.

IN numis non paucis circa haec ipsa tempora cusis, originis suae memoriam renovavit Roma, Vrbs totius orbis primaria, quum alteram Vrbem a Constantino sibi propemodum aequari, & in numis frequenter celebrari cerneret. T. I. n. II.

Ro-

(1) In selectiora Numism. pag. 123.

(2) Tab. LXXXII.

C C C.

A. *Romae caput galeatum, ſiniſtrorſum converſum*:

E. VRBS ROMA.

P. *Lupa Romulum & Remum ſub ſpecu lactans; hinc inde Paſtores: ſuperne ſculptae duae ſtellae.*

Ex aere. Pond. S. XIX. G. XV.

T. I. *n. III.* ROmam divinis honoribus tamquam Deam toto terrarum orbe cultam fuiſſe teſtantur Scriptores, & in antiquis inſcriptionibus (1) mentio quoque fit TEMPLI VRBIS TEMPLI ROMAE. quae omnia eruditis notiſſima.

C C C I.

C R I S P V S.

A. CRISPVS *laurea corona, trabeaque inſignis, verſo dextrorſum capite; dextra gerit ſcipionem, cuius vertici inſiſtit aquila.*

E. CRISPVS NOBIL CAESAR.

E. *Tres Monetae cum ſuis adtributis.*

E. MONETA VRBIS VESTRAE.

Ex aere. Pond. S. XX. G. XIV.

T. XCVI. *n. III.* COnſularibus ornamentis inſignis quum ſculptus ſit in hoc numo rariſſimo CRISPVS, perſpicuum eſt cuſum fuiſſe anno Chr. CCCXVII. quo cum Licinio Auguſto V. ipſe primum Conſul fuit. Galliis praefectus, ab his Barbaros ingenti virtute aut arcuit aut exegit, debellatiſque Francis & Alemannis pacis leges impoſuit anno CCCXX. (2) Idem ipſe typus eademque tum in antica tum in poſtica facie epigraphe occurrit in numo aureo penes Bandurium (3), & in numis aereis; at in argenteis nondum viſa. Eadem legitur etiam in Conſtantini Magni & Criſpi numis maximis. Caeſar dictus eſt a Conſtantino Magno patre ſuo Kal. Martiis memorati ſuperius anni una cum fratre Conſtantino & Licinio Iuniore, ac tandem exſtinctus anno CCCXXVI.

Cri-

(1) Grut. pag. CCCXVII. 7. CCCXX. 8.
(2) Vide Com. Mediobarbum in Criſpo pag. 471.
(3) Tom. II. pag. 310.

CCCII.

A. *Crispus Caesar laureatus & paludatus.*

E. CRISPVS NOBIL CAESAR.

P. *Idem Crispus Caesar paludatus stans, dextra signum militare, laeva hastam puram tenet.*

E. PRINCIPI IVVENTVTIS.

Ex aere. Pond. S. XVIII. G. XV.

QVamvis in aversa parte inferius exesus sit numus hic Mediceus pereximius; tamen hinc inde ad pedes eiusdem Crispi tenentis militare signum dextra, & hastam puram sinistra, non spectantur captivi, quos in alio numo ex aere maximo sculptos adnotat Vaillantius (1), & ex eo Bandurius (2). Captivi sedentes sub tropaeo, vel sub labaro, in quo Vota Vicennalia adnotata sunt, in aliis Crispi numis cernuntur, qui domitos profligatosque ab eo Francos, & Alemannos testantur. T. XCVII. n. I.

CCCIII.

CONSTANTINVS IVNIOR.

A. CONSTANTINVS IVNIOR *ornatus laurea corona, & ad pectus paludamento.*

E. CONSTANTINVS IVN NOB CAES.

P. *Idem paludatus & armatus stans, sinistra hastam verso in terram mucrone tenens, dextram imponit tropaeo, sub quo sedet captivus.*

E. VIRTVS CAESS.

Ex aere. Pond. S. XXII. G. XII.

PErrarus hic numus cusus est in memoriam partae de Gothis victoriae, quam FLAVIVS CLAVDIVS CONSTANTINVS, imperatoriis artibus praeclare instructus, consecutus est IV. Kalendas Maias post annum CCCXXXII. Eadem die, qua Crispus eius frater, & Licinius Iunior, ut supra monuimus, a Constantino Magno parente Caesar dictus est. In aliis numis maximae magnitudinis Victoria insidens bellicis spoliis seu delphino exhibetur, cum epigraphe: VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. T. XCVII. n. II.

CON-

(1) In Numism. max. pag. 252.

(2) Tom. II. pag. 312.

CCCIIII.

CONSTANS.

A. CONSTANS *Augustus laurea corona gemmis interpositis distincta, & ad pectus paludamento insignis.*

E. D N FL CONSTANS AVG.

P. *Figura muliebris stolata & galeata spoliis insidens, dextra gestat globum cum Victoriola, sinistra hastam tenet.*

E. VRBS ROMA BEATA.

Ex aere. Pond. S. XXII. G. II.

T. XCVII. n. III. OB memoriam victoriae, quam CONSTANS Constantini filius, natu minimus, de Francis, quibus cum bellum gessit anno Chr. CCCXLI. vario tamen, ut nonnulli volunt eventu, vel etiam de barbaris Scotis reportavit, cusus videtur hic numus integritatis nota conspicuus. Roma se beatam adpellat, quod Imperatorem habeat Constantem, cuius quidem imperium, ut narrat Eutropius, initio *strenuum aliquandiu, & iustum fuit.*

CCCV.

CONSTANTIVS.

A. CONSTANTII *caput diademate revinctum, ad pectus cum paludamento.*

E. D N FL CONSTANTIVS NOB C. *h. e.* Dominus Noster Flavius Constantius Nobilissimus Caesar.

P. *Idem Constantius diademate caput cinctus, armis & paludamento insignis, laeva hastam gerens, dextram imponit tropaeo bellicis spoliis onusto, sub quo iacet more captivorum moerens Provincia.*

E. VIRTVS CAESARVM.

Ex aere. Pond. S. XIX. G. XII.

T. CII. n. II. CONSTANTIVS, alter Constantini Magni filius, Caesaream dignitatem adpellationemque consecutus est VI. Eidus Novembres anni CCCXXIII. ut notat Pagius (1). Gothis Barbarisque a Constantino Magno debellatis ac victis, particeps tantae

(1) In Critica Historico-Chronolog. in Annal. Baronii ad ann. Chr. 325. n. XLIX.

tantae gloriae factus, hoc inter Caesares communis victoriae ac virtutis monimentum meruit. Idem typus numismatis occurrit in numis Crispi, & Constantis, ut observat Bandurius (1).

CCCVI.

A. *Constantius Augustus laurea corona pretiosis lapillis ornata, & paludamento insignis.*

D. CONSTAN P F AVG.

P. *Mulier stolata, ornato turribus capite, sedens; dextra lauri ramusculum, sinistra cornucopiae gerit.*

E. VICTORIA AVGVSTI.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. XIV. G. XVII.

MVlierem turrito capite sedentem, referre Genium sive Fortunam Constantinopoleos, alterum Imperii decus & ornamentum, quum supra dixerim ad Tab. XCVI. num. I. & II. eam ipsam & in hoc insigni numo repraesentari probabile est: nec profecto absurdum subspicari videtur, ea in urbe percussum fuisse in memoriam victoriae Sarmaticae, deque aliis barbaris gentibus ab eodem CONSTANTIO relatae, ad annum CCCLVI. T. XCVIII. n. I.

CCCVII.

A. *Imperator corona gemmata & laurea cinctus, ad pectus cum paludamento.*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Imperator habitu militari eques, spiculum in hostem contorquet.*

E. DEBELLATORI GENTIVM BARBARR.

Ex aere. Pond. S. XXII. G. XII.

QVae ubique semperque viget in Principes aulica adulatio, tantum valuit, ut Constantio, qui nec paternae virtutis, nec felicitatis heres fuit, praeclaram illam laudem titulumque *Debellatoris Gentium Barbararum* tribuerit. Dictus etiam VICTOR OMNIVM GENTIVM in aliis numis; cuius etiam VICTORIA SARMATICA in iisdem adnotatur. Eadem occasione & hic numus singularis percussus videtur. T. XCVIII. n. II.

(1) Tom. II. pag. 179. quem vide.

CCCVIII.

A. *Caput Conſtantii corona gemmata cinctum, ad pectus cum paludamento.*

E. D N FL CONSTANTIVS AVG.

P. *Victoria ſeminuda ſpoliis bellicis inſidens, ſcribit in clypeo* VOT XX.

E. GAVDIVM ROMANORVM.

Ex aere. Pond. S. xx. G. IV.

T. XCVIII. *n. III.* TEmpus, quo perrarum hoc numiſma percuſſum eſt, indicat Victoria inſidens bellicis ſpoliis, quae in clipeo ſcribit VOT XX: *Vota Vicennalia*. Haec enim Imperii Caeſarei vota Conſtantius celebravit anno Chr. CCCXLI. Deſiderantur tituli *Pius*, *Felix*. memorati in alio numiſmate cum epigraphe: VRBS ROMA BEATA. Sed in compluribus numis adpellatur idem Conſtantius MAX AVGVSTVS. & PERP AVGVSTVS. *Maximus Auguſtus: Perpetuus Auguſtus*. In alio numo maximo ita variat epigraphe: GLORIA ROMANORVM. At in aureo numiſmate celeberrimi Galliarum Regis Cimeliarchii, quod deſcribit Bandurius (1), ſcriptum eſt: GAVDIVM POPVLI ROMANI. in aliis etiam: FELICITAS ROMANORVM. Poſt devictum Magnentium, Vrbem a Conſtantio reſtitutam fuiſse, teſtatur ſequens Inſcriptio, e Gruteriano Theſauro depromta (2).

RESTITVTORI · VRBIS · ROMAE · ATQVE · ORB::::
ET · EXTINTORI · PESTIFERAE · TYRANNIDIS
D. N. FL. IVL. CONSTANTIO · VICTORI · AC · TRIVMFATORI *ſic*
SEMPER AVGVSTO
NERATIVS · CEREALIS · V. C. PRAEFECTVS · VRBI
VICE SACRA · IVDICANS · D. N. M. QVE · EIVS

Con-

(1) Tom. II. pag. 369.

(2) Pag. CCLXXX. num. 6.

CCCVIIII.

A. *Constantii caput diademate gemmis distincto cinctum, & ad pectus cum paludamento, & tunica gemmis ornata.*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Tres figurae: quae in medio sedet, Imperatorio habitu, volumen sinistra tenet; dextra vero monetas largitur feminae, quae radiis ornatum habet caput, & utramque manum porrigit ut monetam accipiat: adstat a sinistris figura muliebris galeata, quae dextra complectitur Imperatorem; laeva vero hastae innititur.*

E. LARGITIO.

Ex aere. Pond. S. xv. G. x.

SVmmus vir Spanhemius, forsitan a pictore deceptus, non accurate, ut solet, numisma hoc rarissimum descripsit (1): non enim Imperator in postica sedens inter duas figuras, tiaram capite gestat, sed diadema: quod facile gemmis distinctum, potius quam purum, sculpi oportuisse, credibile est. Addit etiam, hoc emblema opportune a Chiffletio referri ad illam Constantii liberalitatem, qua Arsacem Armeniae Regem prosecutus dicitur apud Ammianum (2): *Constantius accitum Arsacen Armeniae Regem, summaque liberalitate susceptum, praemonebat & hortabatur, ut nobis amicus esse perseveraret & fidus:* mox: *Muneratus cum comitibus, quos duxerat, rediit ad regnum, nil ausus temerare postea promissorum, obligatus gratiarum multiplici nexu Constantio.* Sed, quae mea sit opinio, ad sequentem numum, eodem typo sculptum, pace dixerim horum praestantium virorum, & Cl. Bandurii, qui iisdem adsentitur (3), breviter exponam. T. XCIX. n. 1.

(1) Differt. XIII. de Vsu & Praest. Numism. §. III. pag. 534.
(2) Lib. XX.
(3) Tom. II. pag. 378.

CCCX.

A. *Constantius capite diademate gemmis distincto cinctus , & ad pectus ornatus paludamento , & tunica cum gemmis .*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Tres figurae : ea quae in medio sedet , Imperatorio habitu , volumen sinistra tenet ; dextra vero monetas largitur feminae , quae radiis ornatum habet caput , & utramque manum porrigit ut monetam accipiat : adstat a sinistris figura muliebris galeata , quae dextra complectitur Imperatorem , laeva vero hastae innititur .*

E. LARGITIO.

Ex aere . Pond. S. xv. G. viii.

T. XCIX. n. II. MVliebrem illam figuram , quae a sinistris Imperatoris Constantii stat , quum sit galeata , & militaribus ornata armis , nudamque habeat mammam dextram , non dubito referre Romam , ac proinde Occidentale Imperium : alteram vero capite gestantem radiatam coronam , referre puto Orientis Imperium , Geniumque ipsum Constantinopoleos , quam Constantinus Magnus alteram Imperii sedem constituit . Largitiones vero a Constantio factas crediderim , quum Imperii sui Decennalia celebravit : vel , ut visum est Comiti Mediobarbo (1) , mortuo Constantino Magno parente suo anno Christi cccxxxvii. quum adepti imperii auspicia celebravit .

Ca-

(1) In Constantio pag. 489.

CCCXI.

A. *Imperator gemmata corona redimitus, ad pectus ornatus paludamento.*

E. CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Roma bellicis spoliis insidens, dextrorsum versa, dextra praefert Victoriolam offerentem coronam, & palmam, sinistra hastae innititur.*

E. ROMA BEATA.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. III. G. XV.

COnstantius Augustus, profligatis victisque ab Iuliano Alemannis, pacemque petere coactis, Romam venit anno, ut Pagius ostendit, CCCLVII. in quem quum septima Imperii sui Caesarei Quinquennalia inciderent, minime dubitandum est ea cum triumpho exhibuisse. Suffragatur Ammianus (1), qui pompam ipsam ludosque Circenses ab eo editos describit, & Auctor Chronici Alexandrini, qui ingenti pompa & adparatu Romam hoc anno eum venisse cum Eusebia coniuge sua, propter Vicennalia, adfirmat. Hac occasione crediderim hunc numum caelatum fuisse. T. XCIX. n. III.

CCCXII.

A. *Imperator gemmata corona in capite, ad pectus paludamento insignis.*

E. D N FL CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Octo figurae raptum Sabinarum exprimentes cum tribus metis.*

E. SABINAE.

Ex aere. Pond. S. XVI. G. XXIII.

NEptuno Equestri solemnia certamina ex industria paravit Romulus, quae Consualia vocavit, ut convenientibus studio spectaculorum ac novae urbis videndae multis mortalibus, maxime finitimis, liberali hospitio susceptis eorum liberis & coniugibus, mixto sanguine & genere, societatem connubiumque novo populo daret (2). Origini Romanae ut ostenderetur & Deos adfuisse, & non defuturam virtutem ac nomen, rarissimum hoc numisma, imo & singulare, percussum videtur T. C. n. I.

tur

(1) Lib. XVI. Cap. X.

(2) Ex Livio Lib. I. cap. 9.

tur, quod indicat Conſtantii praeſentia ac maieſtate auctam, nec defuturam Vrbis aeternae frequentiam, & felicitatem, decuſque fore ſempiternum, licet Conſtantinopolis imperii ſui gloriam & magnitudinem iactaret, ac forſitan anteferret.

CCCXIII.

A. *Conſtantii caput corona ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Victoria ſtans inter duos captivos humi ſedentes, coronam lauream tenet dextra, palmae ramum ſiniſtra.*

E. VICTORIA AVG.

Ex aere. Pond. S. XIX. G. VI.

T. C. n. II. NVmiſmata haec quae proferuntur, partim ſolam Conſtantii bellicam virtutem reſpiciunt laudantque; partim cum fratribus communem deſignant. Adverſus Perſas Conſtantius perpetuum bellum geſſit ad annum uſque CCCL. Vetranionem & Magnentium Tyrannos compluribus cladibus adtrivit; Alemannos, Sarmatas alioſque Barbaros profligavit; quare in his numis victor exhibetur. In numo rariſſimo Cimeliarchii Albano-Vaticani Conſtantius inſcribitur VICT. P. F. AVG. *Victor, Pius, Felix, Auguſtus:* & Victoria, ſtans inter captivos, utraque manu coronas gerit.

CCCXIIII.

A. *Conſtantii caput corona ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Victoria gradiens, coronam lauream dextra oſtentat, palmam praefert ſiniſtra.*

E. VICTORIA AVGVSTI.

Ex aere. Pond. S. XII. G. X.

T. C. n. III. IDem typus occurrit in numiſmate, quod adfert e Muſeo Abbatis de Camps Vaillantius (1); ſed variat epigraphe in hunc modum: GLORIA AVGVSTORVM.

Con-

(1) Tab. pag. 123. inter Numiſm. ſelectiora.

CCCXV.

A. *Constantius dextrorsum versus, ornatus corona gemmata, paludamento & palmata tunica, dextram elatam tenet.*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Imperator loricatus & paludatus, sinistra hastam, dextra lauri ramusculum tenens, ducitur a Victoria palmam gerente.*

E. VICTORIA AVGVSTORVM.

Ex aere. Pond. S. XIV. G. XVI.

QVum triumphali tunica & paludamento amictus sit Constantius, coniicere hinc possumus numum hunc pereximium tunc percussum ac dono datum fuisse, quum Romam triumphaturus advenit. Pompam ludosque Circenses, quos idem Constantius Populo Romano dedit, describit Ammianus (1), Themistius (2), Claudianus (3), & Auctor Chronici Alexandrini. Alterum numisma cum eodem typo exhibetur in Museo Pisanio (4). T. CI. n. I.

CCCXVI.

A. *Constantius corona ex gemmis & paludamento insignis.*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Victoria laevorsum conversa stans, dextra palmam, sinistra coronam praefert, dextro pede conculcat, forsitan captivum.*

E. ....GVST..........

Ex aere. Pond. S. XV. G. VII.

LAbefactatam epigraphen aversae partis ita restituo: VIRTVS AVGVSTI N. ope alterius numi Cimeliarchii Albano-Vaticani, & Musei Pisanii (5); in quo tamen non Victoria, sed ipsemet Constantius sinistro pede captivum conculcat, tenetque laeva lauri ramum, sinistra hastae innixus. T. CI. n. II.

Con-

(1) Lib. XVI. Cap. X.
(2) In Oratione XIII.
(3) In sexto Consulatu Honorii.
(4) Tab. LXXVIII.
(5) Tab. LXXVII.

CCCXVII.

A. *Conſtantius corona ornata pretioſis lapillis cinctus, ad pectus cum paludamento.*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Imperator paludatus, ſiniſtrorſum verſus, capite nudo ſtans; dextra haſtam gerit, laeva ſuſtinet globum cum Victoria, quae coronam ipſi imponit: pro pedibus a ſiniſtris captivus humi ſedens.*

E. VIRTVS AVG.

Ex aere. Pond. S XVI. G. XXIII.

T. CI. *n. III.* IN numo maximo Muſei Piſanii (1) Conſtantius globum ſine Victoria gerit, & ad pedes iacent hinc inde duo captivi: eadem occurrit epigraphe VIRTVS AVG N. qui typus concordat cum ſequenti numiſmate.

CCCXVIII.

A. *Conſtantius gemmata corona & paludamento inſignis.*

E. D N CONSTANTIVS P F AVG.

P. *Imperator paludatus ſiniſtrorſum verſus; dextra tenet globum, laeva ſpiculum: ad pedes captivus, manibus poſt terga revinctis.*

E. VIRTVS AVG.

Ex aere. Pond. Vnc. I. S. VI. G. V.

T. CII. *n. II.* IN numis Conſtantii non ſolum eius virtus, ſed etiam *Virtus & Gloria Exercitus* praedicatur. In numiſmate Regio maximi moduli, quod deſcribit Cl. Bandurius (2), ita ſcriptum: VIRTVS DD NN AVGG. ſpectaturque Imperator Conſtantius, qui dextra tenet labarum, in quo ſculptum Chriſti monogramma, ſiniſtra vero haſtae adnititur

MA-

(1) Tab. LXXXIV. Sed corrige, quum ſcriptum ſit: VIRTVS AVG M.

(2) Tom. II. pag. 376.

CCCXVIIII.

MAGNENTIVS.

A. MAGNENTIVS *Imperator nudo capite, ad pectus ornatus paludamento.*

E. IMP CAE MAGNENTIVS AVG.

P. *Figura militaris paludata stans, globum cum Victoriola sustinet dextra; hastae vero adnititur sinistra: a tergo stat Victoria coronam lauream capiti eius imponens dextra, palmae ramum sinistra gerens.*

E. VICTORIA AVGG.

Ex aere. Pond. S. XVI.

MAGNENTIVS, Constante interfecto, Imperium dolo adripuit anno CCCL. omnibus immanis avaritiae ac sevitiae exemplis famigeratissimus. Rebus Galliae constitutis, Mediolani Decentium fratrem Caesarem fecit; mox Romam venit, impleta caedibus Italia. In Pannoniam ducto exercitu, Sisciam cepit. A Constantio demum victus anno CCCLIII. se ipsum interfecit. T. CII. n. III.

CCCXX.

A. *Imperatoris caput nudum, ad pectus cum paludamento.*

E. IMP CAE MAGNENTIVS AVG.

P. *Victoria gradiens a sinistris dextrorsum, coronam lauream dextra offert, palmam sinistra gerit.*

E. VICTORIA AVGG.

Ex aere aureis bracteis obducto. Pond. S. XIV. G. XI.

QVum epigraphe aversae partis horum numorum praeferat: VICTORIA AVGG. & in alio, qui sequitur, Mediceo numo scriptum sit: VIRTVS AVGVSTORVM. Magnentio adsignandus est Victoriae comes non Decentius eius frater, quem Caesarem adpellavit; sed Vetranius, quem idem Magnentius tyrannus, seu sponte, seu armorum terrore obiecto, compulit, ut consilia secum consociaret. T. CIII. n. I.

CCCXXI.

A. *Imperator nudo capite, paludamento ornatus.*

E. IMP CAE MAGNENTIVS AVG.

P. *Victoria dextrorsum spectans, & captivum pede dextro proterens, coronam lauream dextra ostentat & offert, palmae ramum gerit dextra.*

E. VICTORIA AVGG.

Ex aere. Pond. S. xiv. G. xii.

T. CIII. n. II. VRbem Romam, statim ac Constans caesus est, & Magnentio universa Italia paruit, Nepotianus haud multo post invasit, qui tamen paullo post deletus est. Hinc Magnentii numismata complura habent: VICT AVG LIB ROM ORB. *Victoria Augusti Liberatio*, sive *Libertas Romani Orbis*.

CCCXXII.

A. *Imperator nudus capite, ad pectus cum paludamento.*

E. IMP CAE MAGNENTIVS AVG.

P. *Imperator Magnentius armatus & paludatus stans; dextra hastae cum mucrone humi defixo innititur, sinistra parazonium tenet.*

E. VIRTVS AV::::::::RVM. *h. e.* Virtus Augustorum.

Ex aere. Pond. S. xxii. G. vi.

T. CIII. n. III. NVmus rarissimus ac singularis, cuius descriptio apud Bandurium desideratur. In numis tantum argenteis Magnentii occurrit: VIRTVS EXERCIT. VIRTVS ROMANORVM M D T.

DE-

CCCXXIII.

DECENTIVS.

E. DECENTIVS *capite nudo, ad pectus cum paludamento, dextra exserta tenet spiculum, sinistra globum cum Victoriola, quae palmam gerit, & coronam ei offert.*

E. MAG DECENTIVS NOB CAES AVG.

P. *Idem Imperator paludatus stans, sinistra hastam, dextra lauri ramusculum tenens, ducitur a Victoria, palmam dextra gerente.*

E. VICTORIA AVGVSTORVM.

Ex aere. Pond. S. XII. G. XIX.

MAGNVS DECENTIVS Magnentii frater, Caesar ab eo factus anno CCCLI. Gallias regendas suscepit, & aliquot menses supra biennium hac dignitate enituit. *Fortis* adpellatur in numis. Numisma ex aere maximo cum epigraphe IMP DECENTIVS NOB CAES. perperam descriptum est apud Bandurium (1), quum IMP. titulus nec Decentio conveniat, & illum numquam habuisset doceant numi. De titulo Augusti ei dato, non est certum; in hoc vero Mediceo rarissimo numismate post NOB CAES. additum τὸ AVG. manifeste adparet. T. CIV. n. I.

CCCXXIIII.

IOVIANVS.

A. *Caput* IOVIANI *cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.*

E. D N IOVIANVS P F AVG.

P. *Tres Monetae cum suis adtributis.*

E. MONETA AVG.

Ex aere. Pond. S. XII. G. I.

NVmus hic rarissimus est, imo & singularis, quem nec Mediobarbus, nec Bandurius describunt. FLAVIVS IOVIANVS rei militaris peritia, & constantia in fide Christiana inclitus, mortuo Iuliano, triginta annos natus, invitus ab exercitu ad imperium evectus est die XXVII. Iunii anni CCCLXIII. quod octo mensibus praeclare gessit. T. CIV. n. III.

(1) Tom. II. pag. 412.

CCCXXV.

VALENTINIANVS.

A. *Caput* VALENTINIANI *diademate ex margaritis revinctum , ad pectus cum paludamento .*

E. D N FLA VALENTINIANVS P F AVG.

P. *Idem Valentinianus thorace & paludamento insignis , dextra hastam cum Cruce in vertice , sinistra tenet Victoriolam ei coronam offerentem cum palma , dextro pede serpentem calcare videtur .*

E. VICTORIA AVGG. *In area hinc inde* R. M. *In exergo* COMOB.

Ex aere . Pond. Vnc. I. G. VIII.

T. CV. n. 1. HOstes suos tametsi VALENTINIANVS , eiusque frater VALENS non semper vera virtute , sed interdum etiam fraude & dolo malo , bellis per se aut per duces gestis , devicerit ; tamen eorum virtus & gloria publicis monumentis testata est . In vetusto marmore , VICTORES AC TRIVMPHATORES SEMPER AVGVSTI adpellantur , quamvis elogia haec ea tempestate aliis quoque Imperatoribus data , plane sint communia ; in numis vero VICTORES AVGG. adpellantur . Dextro pede videtur Valentinianus proculcare non captivum hominem , sed serpentem , Idololatriae symbolum (1) . Scriptum SALVS REIP. in numis , in quibus idem Valentinianus dextra tenet labarum , in quo salutare & gloriosum Christi monogramma . Litterae in area scriptae , Monetariorum notae videntur . Bella , quae Valentinianus gessit , accurate & luculenter memorat egregius Bandurius (2) .

ANA-

(1) Id tamen non adfirmo , & de serpente non parum dubito ; quum numisma eo loci sit aliquantulum labefactatum , vel potius recentiori manu obfuscatum .

(2) Tom. II. pag. 453.

CCCXXVI.

ANASTASIVS.

A. ANASTASII *caput gemmata corona redimitum, ad pectus cum paludamento.*

E. D N ANASTASIVS P F AVG.

P. M *magnum cum Crucicula supra, infra inter crura* B. *ad utrumque latus stella, & in ima parte* CON.

Ex aere. Pond. S. XVI. G. III.

ANASTASIVS DICORVS favore, ac studio Ariadnes, Zenonis coniugis, quam sibi paullo post matrimonio copulavit, Imperator factus est ad VII. Eidus Apriles, anni CCCCXCI. anno vero DXVIII. fulmine, ut ferebatur, in suo cubiculo ictus, interiit. T. CV. *n. II.*

CCCXXVII.

A. *Caput Imperatoris corona gemmis distincta revinctum, ad pectus cum paludamento.*

E. .....STASIVS P F AVG.

P. M *magnum eodem cum typo ut alterum supra prolatum; sed in nonnullis vitio temporum exesum.*

Ex aere. Pond. S. XIV. G. XVIII.

M Magnum in hisce numis expressum, vel Monetam ipsam designat; vel Monetariorum nota & insigne esse nonnullis videtur. T. CV. *n. III.*

CCCXXVIII.

IVSTINIANVS.

A. *Iustinianus redimitus diademate gemmato & superne cristato, ad pectus cum lorica & paludamento, dextra tenet globum crucigerum; a sinistris in area Crucicula.*

E. D N IVSTINIANVS P P AVG.

P. M *magnum intermedium cum Crucicula supra, & infra inter crura* Γ. *in ima parte* CON. *ad latera* ANNO XIII.

Ex aere. Pond. S. XIX. G. IV.

T. CVI. *n. III.* FLAVIVS ANICIVS IVSTINIANVS, ab avunculo Iustino Caesar factus, eo mortuo imperare coepit ad Kal Augustas anni DXXVII. Collabsum imperium per duces suos Belisarium & Narsetem instauravit. Romam a Gothorum servitute, Totila eorum Rege, ultra annos decem in Italia regnante interemto, adseruit: veteres limites firmavit, Africam pulsis Vandalis Imperio restituit, deque iisdem & Persis triumphavit. Imperatorum doctissimus leges reformavit pervulgavitque, & templum S. Sophiae condidit. Senio & insaniae, ut fertur, morbo interceptus, decessit anno Christi DLXII.

CCCXXVIIII.

A. *Iustinianus gemmato diademate & in vertice cristato cinctus, ad pectus cum lorica & paludamento; dextra tenet globum ornatum Cruce; a sinistris in area Crucicula.*

E. D N IVSTINIANVS P P AVG.

P. M *magnum intermedium cum Crucicula supra & infra inter crura* Δ *ad utrumque latus scriptum* ANNO Xμ.

Ex aere. Pond. S. XVIII. G. XV.

T. CVI. *n. I.* NOtantur in his Iustiniani numis anni eius imperii, ut in superiore ANNO XIII. in hoc & in sequentibus ANNO XV. Reliquae notae ad Monetarum Procuratores pertinent, & locum, ubi percussa moneta sit, declarare videntur.

Iu-

CCCXXX.

A. *Iustinianus gemmato diademate & in vertice cristato cinctus , ad pectus cum lorica & paludamento ; dextra tenet globum ornatum Cruce ; a sinistris in area Crucicula .* T. CVI. n. II.

E. D N IVSTINIANVS P P AVG.

P. M *magnum intermedium cum Crucicula supra & infra inter crura* Λ *ad utrumque latus scriptum* ANNO Xμ. *& infra inter crura* Γ.

Ex aere . Pond. S. xx. G. xiv.

CCCXXXI.

A. *Iustinianus gemmato diademate & in vertice cristato cinctus , ad pectus cum lorica & paludamento ; dextra tenet globum ornatum Cruce ; a sinistris in area Crucicula .*

E. D N IVSTINIANVS P P AVG.

P. M *magnum intermedium cum Crucicula supra , & infra inter crura* Δ *ad utrumque latus scriptum* ANNO Xμ. *& in ima parte* NIKO.

Ex aere . Pond. S. xx.

GLobum , cui Crux imposita est , non solum idem Imperator Iustinianus ; verum etiam Victoria in eius numis expressa gestat dextra manu , sinistra vero coronam . T. CVII. n. 4.

PON-

CCCXXXII.

PONDVS CHRISTIANVM.

Vnc. I. S. XXI. G. III.

PArergon huic Operi additum eſt, PONDVS nempe CHRISTIANVM eximium, cuius explicatio, quum hoc loci ſit ſupervacanea, ad alium remittimus.

CCCXXXIII.

ADPENDIX.

T. CXV. n. I. ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. De hoc argenteo numo, quia ſubſpectus cenſetur, nihil adtinet dicere. Spartam hanc occupabit C. V. P. Ioſeph Pancratius Teatinus, patria Cortonenſis, Academicus Etruſcus, cuius praeclarum Opus, quod accuratiſſime delineata exhibebit numiſmata ad Siciliam pertinentia, cum edita, tum inedita omnia, &, ut ſperare lubet, luculenter explicata, homines docti ſummopere deſiderant.

T. CXV. n. II. Idem dicendum de argenteo inſigni numo, qui ſequitur, litteris Punicis ſcripto. Ad Syracuſanos cum Poenis ſocietate coniunctos ſpectat. Conſulendus H. Goltzius in Hiſtoria Siciliae antiquis numiſmatis illuſtrata.

CCCXXXIIII.

Deae caput cum in antica, tum in postica, cum epigraphe: ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ.

QVamquam haec insignis moneta ex aere fuso, cuius pondus aequat uncias decem, scrupulos vero octo, ad hanc seriem pertinere non videatur; tamen pro coronide visum est nec dedecere, nec supervacaneam esse. Censuit enim, me non repugnante, addendam esse V. C. Antonius Abbas Nicolinius, e Marchionibus Pontis Sacci, ut eruditissimi fratris sui germani Iosephi, primum Equitis Hierosolymitani, mox Ordinis S. Stephani, in Antiquitatis studia egregium amorem laboresque praeclara commendatione dignos commemorarem. Is enim egregius Vir, maiorum suorum Cimeliarchium, a celeberrimo Vaillantio in Praefatione ad Numismata Imperatoria in Coloniis percussa, & a Patino aliisque eruditis hominibus commendatum, selectis ex auro & aere numis refertissimum ac celeberrimum, aliis insuper numismatis, quae ipse in Siciliae regno, praesertim vero quum Neapoli moraretur, profecto raris & eximiis, quae quidem suis sumtibus undequaque conquisivit, cumulate instruxit, ac locupletavit: ad haec etiam ipse eadem diligenter ita descripsit, ut compluribus in locis, quae a celeberrimis Numismatographis, praesertim vero a Vaillantio in Coloniis inemendata in lucem prodita sunt, genuinae lectioni restituerit, & emendarit: cuius in hanc spartam adversaria ipsemet vidi, & lubentissime legi. Descripsit etiam, typisque edendam curauit Descriptionem suam omnium aureorum Numismatum, quae in domestico Museo adservantur; & quidem tam accurate exaratam concinnatamque, ut quum eam misissem Doctissimo P. Alexandro Xaverio Panel, Societatis Iesu Presbytero, is ad eum, quem fato functum anno CIↃ. IC. CC. XXXV. nesciebat, haec inter alia scribere non dubitaverit VIII. Kal. Februarias, anno CIↃ. IↃ. CC. XLII. *Quod elegantem, Vir Nobilissime, & Eruditissime, aureorum tuorum Numismatum Descriptionem tuam ad me transmisisset Celeberrimus & Eruditissimus Gorius noster, & Tibi, & illi gratias, tanto muneri licet impares, debitas tamen & singulares, peragere fuit mihi antiquissimum.* Mox praeclarissimum Opus suum quantocius pre- T. CXV. n. III.

lo committendum designat ; nempe novam praestantiorum Numismatum Vaillantii editionem ; longe tamen a Vaillantiano Opere diversam ; nam suam excursuram monet a Iulio Caesare ad Palaeologos usque : suum fore Volumen praestantioribus Imperatorum &c. aureis numis , suum argenteis , suum aereis . Uniuscuiusque Imperatoris numos praecessuros , qui sunt maximi moduli ; qui minimi , seu Quinarii (in argenteis & aureis) subsecuturos , & qui ex aere parvo in aereis . Cuilibet numo brevem , scribit , adcessuram enucleationem suam , seu censoriam notam , raritatis criterium , & possessorum adpellationes .

His expositis , ut in huiusmodi Opus benevolam symbolam suam conferat , enixis eum precibus rogat , & quam cupit declarat : nimirum ut Numismatum omnium , ex omnibus modulis & metallis per classes distributorum , quae cum in suo , tum in reliquis Florentinis Museis adservantur , descriptionem ea methodo conficiat , qua Numismata sua aurea descripsit , quam probavit , eique quammaxime placuit . Haec a me eo consilio scripta sunt , ut tanti viri immaturo funere praerepti manibus debita laude litarem , cui etiam hoc ipsum Musei Florentini Opus , quod promovit , multum debet .

Sed ut ad ipsum eximium numum , ab eo conquisitum , revertar , quae nunc a me adfertur explicatio , ex eius aliquot observationibus in epistola Neapoli scripta x. Kal. Iun. ann. CIↃ. IↃ. CC. XXIII. expositis , delibata est . Primum orditur ab explicatione vocis ΚΟΡΗ , qua *puella* , & *virgo* significatur ; Dorica vero dialecto ΚΟΡΑ , de qua Goltzius consulendus Tom. IV. quod nomen Minervae adfirmat etiam convenire . In numo Panormitanorum apud Parutam (1) , sculptum cernitur Palladis caput galeatum , cum epigraphe ΚΟΡΑΣ , pro ΚΟΡΗΣ : eademque Dea ita quoque exhibetur in numo Lesbiorum in honorem Commodi apud Harduinum (2) . Proserpinae vero cognomentum illud proprium esse , vetusti lapides , numismata & Scriptores evincunt . Marmor apud Gruterum (3) haec habet :

ΘΕΑΝ

(1) Num. 238.
(2) In numo Populor. & Vrb. illustr. pag. 290. Vide etiam Tristanum Tom. II. pag. 313.
(3) Pag. LXXXVII. n. 3.

ΘΕΑΝ ΚΟΡΗΝ

CΑΡΔΙΑΝΟΙC

Λ. ΑΥΡ. CΑΤΥΡΟC

ΑΠΕΛ. CΕΒΑC

ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Hoc eſt : *Deam Proſerpinam Sardianis Lucius Aurelius Satyrus Libertus Auguſti dedicavit*. Lilius Giraldius haec habet (1) : Κόρη, Puella *Proſerpina dicta eſt frequenter a Graecis ; etſi alicubi Artemidorus diverſam facere videtur* .

Sed in noſtro Cererem & Proſerpinam repraeſentari, minime dubitandum eſt ; Proſerpinae vero effigiem eam eſſe, quam perſpicue indicat epigraphe ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ ; cuius etiam caput ſpicea corona redimitum, ſubſpicari poſſumus ; nam capilli ſupra frontem multo magis quam in altera numi facie, in qua Ceres ſculpta eſt, in acumen deſinunt ; quod tamen, quum iniuria temporum detritum valde ſit, non ſinit ut ſpicea corona Proſerpinam redimitam adſeramus, ut in aliis numis, praeſertim Cyzicenorum ; ſubſpicioni tamen favet, & locum facit. Epitheton quidem ΣΩΤΕΙΡΑ cum Cereri, tum Proſerpinae convenit ; uti etiam vetuſta marmora teſtantur (2).

Quod vero ad tempus pertinet, quo hic eximius numus ex aere fuſus ſculptus eſt, nil certi ſtatuendum eſſe videtur : idemque etiam de regione, e qua prodiit, dicendum. Facile aliquis divinari poſſet monumentum eſſe circa ea tempora editum, quibus Gelo Syracuſanorum Rex, victis Cartaginienſibus, in memoriam victoriae ſuae, ex hoſtium manubiis duo magnifici operis templa Cereri & Proſerpinae dedicavit, teſte Diodoro Siculo (3) ; praeſertim quum in numiſmatis Siculis eiuſdem Deae effigies frequenter occurrat : & ΚΟΡΗ, ſeu ΚΟΡΑ dicatur ;

(1) Pag. 87.
(2) Vide itinere Sponii.
(3) Biblioth. Hiſt. Lib. XI. pag. 256.

tur ; ſed hic ipſe numus hanc ipſam aetatem ſuperare videtur , atque e Magnae Graeciae aliqua urbe prodiiſſe probabilius cenſetur : quae omnia aliis expendenda relinquimus .

ADDENDA ET CASTIGANDA.

Numiſmata recenſenti atque illuſtranti , alterum argenteum ab Antiochenſibus percuſſum in honorem M. Iulii Philippi Caeſaris praetermiſi , quod vide in Tab. CXII. num. 11I. Adnotanda ſunt ſingularia S. C. quae *Senatuſconſulto* percuſſum eſſe declarant .

En locorum quorumdam Vol. III. EMENDATIONES. Pag. XXIII. in deſcriptione numi Alexandri Severi ΝΟЄΤ. lege ΝЄΟΤ. In ſequenti T. XLV. n. I. lege T. LXV. n. I. Pag. XXIV. ΑΤΤΟΜΑΔЄC. lege : ΑΤΤΟΜΑΛЄC. Pag. 14. verſus finem : *quadriigus* . lege . *quadriiugus* .

In numo Tarſenſium in honorem Septimii Severi ſingularia illa M. H. etſi punctum diſtinguat , Tarſum *Metropolin* indicare crediderim . Pag. 84. lin. 4. *Aeginſium :* lege *Aegaeenſium*. Pag. 96. in margine corrige num. Tab. XLV. n. I. & ſcribe T. LXV. n. I. Pag. 102. *&* *Aelio Hepheſta :* lege *&* *Aelio Hephaeſta* . Pag. 134. *Sexti Pompei :* lege *Sexti Pompeii* . Pag. 142. verſus finem : *ut credar :* lege *ut credat* . Pag. 148. lin. 3. *utroque Philippo :* lege *utrique Philippo* . Pag. 149. circa fin. *expreſſus & conflatus eſt :* lege *expreſſum & conflatum eſt* . Pag. 167. in marg. corrige Tabulae num. T. LXXI. n. 1I ſcribe T. LXXXI. n. 1I. & ita corrige in ſequenti pag. nempe T. LXXXI. n. 11I. Pag. 193. a DOMITIANO. lege a DIOCLETIANO. Pag. 195. *bracteatus :* lege *paludatus* . Pag. 198. *alterum ſub equi pedibus :* lege *altero ſub equi pedibus* . Pag. 203. *ad ſiniſtrorſum latus :* lege *ad ſiniſtrum latus* . Alia , ſi quae ſuperſunt corrigenda , aequo , benevoloque Lectori committimus .



INDEX
INSCRIPTIONVM
QVAE IN POSTICA
NVMORVM EX AVRO
ET MAXIMORVM EX AERE
ROMAE CVSORVM
LEGVNTVR.

CON-

VIR-

I D C... C B Gregori sculp.

INDEX GEOGRAPHICVS

QVO

VRBES ET POPVLI

QVI

NVMISMATA EX AVRO, ARGENTO, ET EX AERE MAXIMA

IN HONOREM

IMPERATORVM, AVGVSTARVM, ET CAESARVM

PERCVSSERE, DECLARANTVR.

Sciendum, ut facile reperiri Numismata possint, Volumen II. complecti Tab. LI. Volumen vero III. Tabulas reliquas a LII. ad Tab. CXV.

NOMINA VRBIVM POPVLORVMQVE

quorum expressa mentio in Numis ab iisdem cusis fere non habetur.

INDEX TYPORVM

QVIBVS

NVMISMATA EX AVRO ARGENTO ET AERE

MAXIMI MODVLI

ORNATA SVNT

in quo praecipue Dii Deaeque Vrbium Praesides recensentur.

pe

BACCHVS.

BONVS EVENTVS.

CASTOR.

CERES.

CHARITES.

COMITES DII
sive ΣΥΝΝΑΟΙ *&* ΠΑΡΕΔΡΟΙ.

CVPIDO.

CYBELE.

DIANA.

Tri-

HY-

MI-


VICTORIA.

Vol. III.

VVLCANVS.

INDEX
QVO
VIRI
VRBIVM MAGISTRATV ET DIGNITATE SACRA VEL CIVILI ORNATI
ALPHABETICO ORDINE RECENSENTVR.

Pu-


Campiglia inv.
Gregori sculp.

INDEX
RERVM
QVAE
IN ANTIQVIS NVMISMATIS IMPERATORVM. AVGVSTARVM. ET CAESARVM AVRO ARGENTO ET AERE MAXIMO PERCVSSIS OBSERVANTVR.

Numeri priores Romani, Volumina: posteriores, indicant paginas.

An-

ptus

B

C

CAIVS

Cro-

D

E

F

G

H

He-

I

L

M

N

O

P

Pe-

Pro-

Q

R

Sa-

S

rum

T

V

X

Z

F I N I S.



Io D. Campiglia in. et del. *V. Franceschini scu.*

M A N T I S S A
ANT. FRANCISCI GORII.

SEdulam navanti mihi operam in his tantum expendendis, quae in lucem a me proferuntur, quum tempus non ſuppetat relegendi iam edita: hanc curam nuper ſuſcepere nonnulli perſpicaces homines, qui etſi futilia & deridicula longe plura adnotarint, quae lubens praetermittenda, nec indicanda eſſe cenſui; aliqua tamen caſtiganda recte propoſuerunt: quibus gratias ago longe maximas, oroque ut conviciis abſtinentes, alia menda, quae invenerint, ſeu mihi, ſeu typothetarum operibus imputanda, humaniter declarent per epiſtolam, uti monueram ad pag. XXXIX. *Vol.* II. *poſt Numiſmatum Deſcriptionem: ſi vero proferunt, ea tantum velim ut adnotent, quae digna ſunt Criticorum huius temporis doctiſſimorum auribus; non vero Tirunculorum riſu, ac praeſertim eorum, qui eruditae Vetuſtatis delicias primoribus labris vix deguſtarunt.*

A D T O M V M I.

M V S E I F L O R E N T I N I

I N Q V O

G E M M A E A N T I Q V A E

E X H I B E N T V R.

Pag. 16. *lege:* Antonia Auguſta &c. Auguſti filia, Druſi Germanici coniux.

Pag. 33. *lin.* 23. *lege:* aetatis ſuae ſexageſimo ſecundo, Baiis deceſſit.

Pag. 44. *in Notulis ad calcem paginae, ſcribe* (2). In numis

praeſtantioribus, quos vide apud Vaillantium pag. 288. dicitur: SACERD. DEI SOLIS ELAGAB. ut & in aliis, quos vide apud Mediobarbum pag. 311. nempe: INVICTVS SACERDOS AVG. S. C. - SVMMVS SACERDOS AVG. - SANCTO DEO SOLI ELAGAB.

Pag. 57. *lin.* 30. atque impexa horride barba. *In Notis adde* (4): Vide Pyrrhi barbati imagines, quas adfert Fulvius Vrſinus, & Iac. Sponius Miſcell. erud. Antiq. Sect. IV. pag. 138. 139.

Pag. 62. *in Notis* (4) Confer Salluſtium de Bello Iugurth. n. 5. Livium Lib. XXVIII. & XXIX. Exſtat Scipionis Vita in editione Plutarchi per Simonem Grynaeum, prolata Baſil. 1531. cuius vitae, ex antiquis Scriptoribus concinnatae, auctor eſt Donatus Acciaiolus Florentinus. Vide Iuſtinum &c.

Pag. 71. *lin.* 15. adoleſcens formoſiſſimus: *adde*: diademate cinctus, quod Heroum Regumque inſigne eſt; quem HYACINTHVM eſſe arbitratur idem Auguſtinius.

Pag. 81. *lin.* 11 *lege*: ſignum Herculis ΩΠΛΙΣΜΕΝΟΥ, *Armati* &c.

Pag. 86. *lin.* 6. *ſcribe*: inter Deos ἐπιφανεῖς.

Pag. 88. *lin.* 10. *lege*, Sed ZENONEM Cittieum, Stoicae Sectae inſtitutorem. Haec imago &c. - ſimilia dele & in Indice in fine:

Pag. 103. *lin.* 7. involuta eſt. (3) *Adde in Notis*: Hanc Gemmam edidit Vir Nobiliſſimus Scipio Marchio Maffeius in Opere: *Teatro del Sig. Marcheſe Scipion Maffei Veron.* 1730. praepoſuitque *Meropae* Tragoediae: quod tamen opus ad manus meas nondum pervenit: neque hanc notitiam in prioribus curis conſulto praetermiſi.

AD

A D T O M V M II.

MVSEI FLORENTINI

IN QVO

GEMMAE ANTIQVAE

EXHIBENTVR.

In Praefatione Pag. XI. *lege :* teſtatuſque mihi eſt apud antiquas Cannas Romani exercitus clade celeberrimas , quas nunc imperitum vulgus *Canuſium* eſſe putat , ſed falſo , ut monet Cluverius Ital. ant. Lib. IV. pag. 1221. inventam ſua tempeſtate fuiſſe .

Pag. 36. *ad* TAB. XIII. *num.* I. *lin.* 20. *lege :* indicat decurtata inſcriptio , eadem forſitan artificis manu inciſa : TATPIC (1) . *In Notis adde :* Inſcriptio Graecis litteris , non vero Latinis ſcripta eſt .

Pag. 37. *lin.* 6. *adde :* ut apud Aeſchylum . Videtur etiam eſſe parvum cuiuſdam urbis ſimulacrum ſacrae Iovi Fulgeratori , vel Propugnatori , adeoque in eius tutela .

Ibidem lin. 18. alii divinabunt ; qui facile cenſebunt Latinas litteras haec ſignificare : DEM*etrius* M*arci* F*ilius* F*ecit* .

Pag. 38. *lin.* 31. ut auctor eſt Herodotus (6) . *Adde* . Litterae , dubio procul genuinae , ſculptae in hoc Scarabaeo vetuſtiſſimo , quae a dextra ad ſiniſtram ita ſunt exaratae , exprimunt ЯИΟΙЯ , Etruſcae cenſentur ; & , ut coniicio , ex Graecis *αἰὼν* , *αἰώνιος* , *αἰωνίζω* , indicant Herculem *Aeviternum* , ſive aeternum redditum , beatam vitam degentem , quae alibi accuratius diſquirentur .

Pag. 47. *&* 48. *ad Gemmam* IV. *Tab.* XVI. *lin.* 29. *ſcribe :* nam gladiatores , & mirmillones , aliique his ſimiles , quos in amphitheatris antagoniſtae *miſſos faciebant* , hoc eſt proſtrabant , vincebant (ut gladiatoria &c.

Pag. 49. *lin.* 21. in laudem urſi togati : *haec adde in Notis :* Cave , ne cenſeas in Gruteriano lapide laudari hominem , cuius nomen *Vrſus* ſit ; ſed intellige urſum , belluam manſuefactam , quae ſpectatorum riſum in ludis excitabat , quum togatus inducebatur a

man-

mansuetario, quumque luderet pila: in quem lapidem vide quae observat Ioannes Argolus pag. 76. in Notis ad Lib. II. Panvinii de Ludis Circensibus. Res paene similis apud Apuleium Asin. aur. Lib. XI. *Vidi & ursam mansuem, quae cultu matronali sella vehebatur: & simiam pileo textili, crocotiisque Phrygiis, cantantis pastoris specie, aureum gestantem poculum.* De leone bracteato, torquibus, monilibusque iubam consperso, Senecae huc facit Epistola XLI. & Martialis in Lib. Epigramm. CV. quos vide. Plura de his adnotat Pignorius *de Servis* pag. mihi 271. 272. Sed, qui aliter sentiunt, observabunt facili gratoque sibi negocio, quae narrat Ammianus Marcellinus Lib. XXVII. de asino, qui in oppido Pistoriensi prope horam tertiam, spectantibus multis, tribunali ascenso, audiebatur *destinatius rugiens*: & stupefactis omnibus qui aderant, quidque didicerant referentibus aliis, nulloque coniectante ventura, postea quod portendebatur, evenit. Opportune heic adferre volebam, si tempus sinebat, singularem antiquam Gemmam, cuius ectypa imago, & accurata delineatio penes me est, in qua sculptus cernitur Asinus, in posteriores pedes erectus, quodque est valde ridiculum, pallio Philosophico humeris tectus, quem ad ludum ducit Asinarius servus, illitteratus plane homo; sed eius artis bene peritus, qua otioso vulgo placeat: quos nonnulli eruditulì nostra aetate imitantur, inscitiam suam ludicro questu auctam ad spectaculum & risum doctorum hominum circumducentes. De Vrso vero Pileato, a quo nomen accepit Vicus, qui in Regione Vrbis V. memoratur a Sexto Rufo, ut videtur, marmoreo, vide Donatum de Vrbe Roma Lib. III. Cap. X. & alios.

AD

A D T O M V M III.

MVSEI FLORENTINI

IN QVO

STATVAE ANTIQVAE

EXHIBENTVR.

Praef. pag. 12. Pancratiastarum : *Adde in Notis* (1) : Qui plura de his scire cupiunt, adeant Panvinium de Ludis Circensibus Lib. I. Cap. I. & Petri Fabri Agonisticon Lib. I. Cap. XXX.

Pag. 4. *lin.* 22. *scribe* : Magna Dea IVNO.

Pag. 76. *lin.* 6. *scribe* : legimus : ea vero convivia, pro praemio data, Ανδρεῖα vocabantur. *Adde in Notis* (1). De his Athenaeus Lib. IV. Cap. VIII. in quem locum vide Casaubonum.

Pag. 96. *in fine* ; *post* : iam iam subspicantem : *Adde* : Haec quum scripsissem, iudicium ac sententiam suam proposuit vir omnis antiquitatis consultissimus Philippus Baro de Stosch, qui ex Gemmis antiquis, in quibus Apollo sculptus, qui servo Scythae, de quo vide Hyginum Fab. CLXV. praecipit, ut Marsiae ad arborem vel suspenso vel religato cutem e corpore detrahat, animadvertit eximium hoc Graeci sculptoris opus referre ipsum Scytham, cultrum acuentem, eo plane gestu & statu corporis, ut in iisdem Gemmis, quarum una & inter mea Cimelia exstat, cernitur ; quare ab hac omnium verisimiliore sententia, quae mihi maxime placet, minime discedendum esse, arbitror.

AD TOMVM III.

MVSEI FLORENTINI

IN QVO EXHIBENTVR ET EXPLICANTVR

NVMISMATA

MAXIMAE MAGNITVDINIS.

Pag. 136. *post lin.* 23. Nomen *P. Philippi Centae* ſcriptum obſervavi in globulo eburneo, quem mihi nuper oſtendit V. C. Ianus Plancus Ariminenſis, in Senenſi Lyceo Anatomes Profeſſor, qui complures alios huic ſimiles e Muſeo Gervaſonio in ſuum translatos habet, Graecis litteris ſcriptos: quos quidem globulos, perſpicuum eſt, eſſe teſſeras ad ſpectacula pertinentia, victoribus praemii loco datas; nam globulos non raro expreſſos videmus in numis ſub menſa, in qua praemia victorum exhibentur, ut in numo Mediceo in honorem Caracallae, quem vide in Tab. LX. num. III. Hic igitur globulus eburneus, altitudine duas uncias non excedens, haec habet: ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ Ζ Η: in altera parte: ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΕΝΤΑ Δ ΒΥΖΥ Η-ΝΩΝ: in altera quoque parte: ΠΡΩΤΩΝ ΓΝΟ Ω ΚΕΝΤΑ. Haec omnia ut explicentur, alium ſibi poſtulant locum, quem mihi opportune ſuppeditabit, ut ſpero, idem Ianus Plancus, vir doctrina & humanitate ornatiſſimus.

FINIS.

CHARTARVM


SERIES.

a b c d e f A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll

Omnes ſunt Duerniones, praeter f & Ll qui ſunt Terniones.

FLORENTIAE
EXCVSVM SVMPTIBVS SOCIORVM NOBILIVM FLORENTINORVM
IN TYPOGRAPHIA FRANCISCI MOÜCKE
ANNO CIↃ. IↃ. CC. XXXXIII.







SPECIAL 85-B
OVERSIZE 3205
V.3
GETTY CENTER LIBRARY

